

vite; et corpusculum meum iuxta tumulam fratris mei ac D. Henrici imp. quem me jam vocantem video, in proprio locello reponite. Atque his diebus virgineum spiritum Christo sponso reddidit. Sic de S. Cæciliâ legimus: *Cilicio Cæcilia membra domabat, Deum genitibus exorabat*, dicens illud Davidicum: *Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ut non confundar*. Itaque et angeli consueperunt ac tutelam et mariti conversionem, et illustrem martyrii lauream, et corporis integritatem ac incorruptionem in hodiernum usque diem, prouerit. Denique S. Martini moriens in cinere et cilicio recumbat, dicebatque: *Non decet Christianum nisi in cinere mori, testis est Sulpitius*. Quod imitatus S. Carolus Borromæus sanxit, ut sui clerici in morte cilicio et cinere se operirent, eisque suo preiuit exemplo; moriens enim cilicio, quo sanus crebrò utebatur, et cineri prius benedicto incubuit, ut habet ejus vita lib. 7, cap. 12.

LUGENS FILIUM SUUM MULTO TEMPORE, scilicet 25 annis, puta ab anno 16 Josephi, qui ipse venditus est, usque ad 59 ejusdem, quo fratres tempore famis in Ægypto eum adierunt, et cum patre eundem adorârunt; sed sensim luctus hujus sensus in Jacobo immixtus fuit. Nam *plaga animi quantalibet tempore mitigatur*. Artem ergo oblivionis (quam præ arte memorie discere auebat Themistocles) docet tempus.

VERS. 35. — DESCENDAM AD FILIUM MEUM LUGENS IN INFERNUM. Pro infernum aliqui vertunt, *sepulcrum*. Ita Calvinius, Euguibinus, Vatablus, Paguinus, quin et Lipoman. Verum Hebræum *scheol*, propriè infernum significat, non sepulcrum; et ita verterunt Septuag. æquè ac noster interpres; itaque vertendum esse ratio ipsa vincit. Nam Jacob putabat Josephum à bestiis devoratum, idèoque inseputum esse; ergo non putabat, nec optabat ad eum descendere in sepulcrum, sed in infernum, puta in limbum patrum. Adde, animam non sepulcro, sed limbo teneri; Jacob autem Josephi mortui animam superstitem videre cupiebat. Sensus ergo est, q. d. : Ego, ô filii, nullam consolationem admittam, donec Josephum videam, quem utpote jam mortuum, visurus non sum, donec post mortem anima mea animæ illius in limbo conjungatur. Planè enim confido, Josephi innocentis animam ad majorum animas accessisse in sinu Abraham, quem etiam mihi reservari spero. Hinc patet, Jacobum ex majorum instructione et traditione credidisse animæ immortalitatem: rursum, animas iustorum defunctorum ante Christum, descendisse ad limbum patrum, ubi erat sinus Abraham.

Idipsum senserunt, et per umbram viderunt philosophi Ethnici. Aliam. lib. 13, narrat, Cercidam Megalopolitanam qui morbo laborabat, interrogatam, num libenter migraret è vitâ, respondisse: *Quidni? Delector separatione animæ à corpore, quoniam ad eas oras ascendam, ubi video ex philosophis Pythagoram, ex poetis Homerum, ex musicis Olympum, et alios viros in omni scientiâ præstantissimos*. Socrates priusquam venenum hauriret, dixit: *Quantum æstimatis colloqui in alterâ vitâ cum Orpheo, Musæo, Homero, Hesiodo?*

quantâ voluptate perfundar, cum Palamedem, cum Ajaxem, cum alios iudicio iniquorum damnatos conveniam! Equidem sæpè excedere è vitâ, si fieri posset, vellem, ut que dico, possem invenire. Cato legens librum Platonis de Immortal. animæ, seipsam occidit, ut immortalē hanc vitam assequeretur. Cyrus apud Xenophontem moriens ait ad filios: *Nolite putare, filii, me, cum ab hac vitâ migravero, nusquam, aut nullum fore. Nam nec diu vobiscum communicabam, animam meam intabamini, sed corpus hoc ejus esse domicilium intelligebatis. Eundem eum esse creditote, etiamsi modo separatur à corpore*.

Cicero lib. 6 de Republ. Scipionem Africanum jam vitâ functum, ita loquentem inducit: *Sic habeto, omnibus qui patriam consecraverint, adjuverint, auxerint, certum esse in celo ac definitum locum, ubi ævo sempiterno fruantur*. Et interrogatus, viverentne ipse, et alii, qui putabantur extincti: *Imò verò, inquit, li vivunt, qui ex corporum vinculis, tanquam è carcere evolarunt. Vestra verò que dicitur vita, mors est. Rationes eorum erant: Animus hominis concipit, contemplatur, concupiscit cælestia et immortalia; ergo est cælestis et immortalis. Animus in hac vitâ non habet satietatem, nec centrum in quo quiescat; ergo illud habebit in alterâ vitâ, alioqui esset infelicior aliis creaturis. Omne quod est corruptibile, aut est corpus, aut accidens. Hæc enim, quia habent contraria, possunt corrumpi. Atqui anima hominis non est corporea, nec accidens; ergo est incorruptibilis. Scies est de animalibus brutorum; hæc enim à corpore per omnia pendunt, idèoque corporea; et corruptibiles censenda sunt.*

Dicat nunc Christianus cum Tobîâ: *Filii sanctorum sumus, et vitam illam expectamus, quam Deus daturus est iis qui fidem suam nunquam mutant ab eo*.

VERS. 36. — EUNUCHO, id est, regii cubiculi custodi. Nota. Eunuchis, utpote ad actum venerem impotentibus, olim committebatur custodia reginæ, ejusque puellarum, cubilisque regii. Hinc, eunuchi erant intimi et proximi regi et reginæ. Hæc de causâ eunuchi vocati sunt principes aule, etiamsi non essent eunuchi, id est, exsecti. Unde Chaldaicus pro eunuchis hic vertit, *rabba*, id est, princeps, satrapa. Nam Puiptiar hic propriè eunuchus non erat; habebat enim uxorem. Ita Procopius, Gennadius, Abulensis et Lyranus. Sic c. 40, v. 1, pincerna et pistior Pharaonis vocantur eunuchi, id est, ministri regis. Olim enim aule regum plene erant eunuchs, iisque reges ad omne ministerium utebantur, uti de aulâ Constantinii imperatoris clarissimum est; illam enim implebant et regebant eunuchi.

MAGISTRO MILITUM, prefecto custodiæ regie. Hebraicè est *sar hattabbachim*, id est, principi occidentium, vel jugulantium, puta militum. Septuag. veritum, *ἀρχυβιταρχ*: quod licet sanct. Ambros. vertat, *principi corporum*; tamen aptius hic veritas, *principi occidentium*, vel macantium; *μακροβιταρχ* enim, teste S. Hieronymo, significat occidere. Unde coqui dicti sunt

μακροβιταρχ, quod coquendas pecudes et aves prius occidunt, à voce *μακρ*, quæ Phavorino idem est quòd machæra. Talis *sar hattabbachim*, et archimagirus fuit Nabuzardan; fuit enim ipse princeps militum, quem Nabuchodonosor præfecit bello et excidio Hierosolymitano, 4 Reg. ult. v. 11.

Moraliter hoc capite discite, quot persecutionibus et adversis Deus Josephum virosque probos exerceat, ut eos in patientiâ, lenitate, indeque in animi puritate perficiat. Joseph enim per hæc patientiam adeptus est miram illam castimoniam. Verissimum est illud Cassiani collat. 12, 6: *Quantum quis in lenitate ac patientiâ cordis, tantum in corporis puritate proficiet. Scriptum est enim: « Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram » (sui corporis); non enim ævus corporis declinabit, nisi qui animi motus ante compresserit. Hinc et quidam sanctorum ait: *Benigni et corpus, et anima, et mens perpetuâ fruatur sanitate; gaudet in contumeliâ, Deum laudat in calamitatibus, iratos mitigat, sub humilitatis iugo**

CAPUT XXXVIII.

1. Eodem tempore descendens Judas à fratribus suis, divertit ad virum Odollamitem, nomine Hiram.

2. Viditque ibi filiam hominis chananæi, vocabulo Sue; et acceptâ uxore, ingressus est ad eam.

3. Que concepit, et peperit filium, et vocavit nomen ejus Her.

4. Rursumque concepto fetu, natum filium vocavit Onan.

5. Tertium quoque peperit, quem appellavit Sela; quo nato, parere ultra cessavit.

6. Dedit autem Judas uxorem primogenito suo Her, nomine Thamar.

7. Fuit quoque Her, primogenitus Judæ, nequam in conspectu Domini; et ab eo occisus est.

8. Dixit ergo Judas ad Onam filium suum: Ingredere ad uxorem fratris tui, et sociare illi, ut suscites semen fratri tuo.

9. Ille sciens non sibi nasci filios, introiens ad uxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nominis nascerentur.

10. Et idcirco percussit eum Dominus, quòd rem detestabilem faceret.

11. Quamobrem dixit Judas Thamar nurri suæ: esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus: timebat enim ne et ipse moreretur, sicut fratres ejus. Que abiit et habitavit in domo patris sui.

12. Evolutis autem multis diebus, mortua est filia Sue uxor Judæ: qui post luctum consolatione suscepta, ascendebat ad tonsores ovium suarum, ipse et Hiras opilio gregis Odollamites, in Thannas.

13. Nuntiatumque est Thamar quòd socer illius ascenderet in Thannas ad tendendas oves.

14. Que, depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum; et mutato habitu, sedit in bivio itineris, quod dicit Thannam, eò quòd crevisset Sela, et non eum accepisset maritum

triumphat, affectibus omnibus dominatur, maximeque cholere et libidini.

Denique sanct. Chrysost. hom. 61: *Magnus, inquit, virtutis est robur, et multius infirmitas*. Id in fine declarat per patientiam quam continuo ostendit Joseph: *Ut sic, inquit, quasi athleta fortiter certans redinatur corona regni, et eventus somniorum impleatur, quo doceatur qui eum viderent, quòd nihil commodi ex suâ multitudine deportent. Tantam enim fortitudinem habet virtus, ut clarior fiat cum infestatur. Nihil enim eò fortius, nihil validius; sed is qui eam possidet, et supernam gratiam habet, et inde præsidium consequitur, omnibus est fortior, et iniucius, et capi nequit, non solum hominum insidiis, sed et demonum machinationibus. Id sciens ne fugiamus malè affligi, sed malè agere; hoc enim est verè malè affligi. Nam qui proximum affligere tentat, illi quidem nihil nocet, sibi autem immortalia tormenta thesaurizat, quia et fratres persequendo Joseph, ipsum gloria, seipsos ignominia affecerunt, ut idem docet hom. 62 et sequent.*

CHAPITRE XXXVIII.

1. En ce même temps, Juda quitta ses frères, et vint chez un homme de la ville d'Odollam, qu'il s'appellait Hiras.

2. Et ayant vu en ce lieu-là la fille d'un homme chananéen, nommée Sue, et l'épousa, et vécut avec elle, comme avec sa femme.

3. Elle conçut ensuite, et elle enfanta un fils qu'elle nomma Her.

4. Et ayant conçu une seconde fois, elle eut encore un fils qu'elle nomma Onan.

5. Et elle en enfanta encore un troisième, qu'elle nomma Sela, après lequel elle cessa d'avoir des enfants.

6. Juda fit épouser à Her son fils aîné, une fille nommée Thamar.

7. Ce Her, fils aîné de Juda, fut un très-méchant homme; et le Seigneur le frappa de mort peu de temps après son mariage.

8. Juda dit donc à Onan son second fils: Épousez la femme de votre frère, et vivez avec elle, afin que vous suscitez des enfants à votre frère.

9. Onan voyant la femme de son frère aîné, et sachant que les enfants qui naîtraient d'elle, ne seraient pas à lui, mais seroient réputés appartenir à son frère, empêchait par une action exécrable qu'elle ne devint mère, et qu'on n'en vît naître des enfants qui seroient censés l'être de son frère.

10. C'est pourquoi le Seigneur le frappa de mort, parce qu'il faisoit une chose détestable.

11. Juda dit donc à Thamar sa belle-fille: Demeurez veuve dans la maison de votre père, jusqu'à ce que mon fils Sela devienne grand, et puisse vous épouser. Mais quand Sela fut grand, Juda ne le donna point à Thamar; car il avoit peur que Sela ne mourût aussi, comme ses autres frères. Ainsi Thamar retourna demeurer dans la maison de son père.

12. Beaucoup de temps s'étant passé, la fille de Sue, femme de Juda, mourut. Juda, après l'avoir pleurée et s'être consolé de cette perte, alla à Thannas, avec Hiras d'Odollam, le pasteur de ses troupeaux, pour voir ceux qui tondoient ses brebis.

13. Thamar ayant été avertie que Juda se beaupère allait à Thannas pour faire tondre ses brebis.

14. Quitta ses habits de veuve, se couvrit d'un grand voile, et s'étant déguisée, s'assit dans un carrefour sur le chemin de Thannas, parce que Sela étoit en âge d'être marié, Juda ne le lui avoit point fait épouser.

15. Quam cum vidisset Judas, suspicatus esse meretricem; operauerat enim vultum suum, ne agnosceretur.

16. Ingressusque ad eam, ait: Dimitte me ut coeam tecum; nesciebat enim quod nurus sua esset. Quæ respondente: Quid dabis mihi ut fruaris concubitu meo?

17. Dixit: Mittam tibi hædum de gregibus. Rursimque illa dicente: Patiar quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris.

18. Ait Judas: quid tibi vis pro arrhabone dari? Respondit: Annulum tuum, et armillam, et baculum quem manu tenes. Ad unum igitur coitum mulier concepit.

19. Et surgens abiit: depositoque habitu quem sumpserat, induta esse viduitatis vestibus.

20. Misit autem Judas hædum per pastorem suum Odollamitem, ut reciperet pignus quod dederat mulieri: qui cum non invenisset eam,

21. Interrogavit homines loci illius: Ubi est mulier quæ sedebat in bivio? Respondentibus cunctis: Non fuit in loco isto meretrix,

22. Reversus est ad Judam et dixit ei: Non invenii eam; sed et homines loci illius dixerunt mihi, nunquam sedisse ibi scortum.

23. Ait Judas: Habet sibi; certe mendacii argue-re nos non potest; ego misi hædum quem promise-ram, et tu non invenisti eam.

24. Eadem autem post tres menses nuntiaverunt Judæ, dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, et vi-detur uterus illius intumescere. Dixitque Judas: Pro-duce eam ut comburatur.

25. Quæ cum duceretur ad penam, misit ad socerum suum, dicens: De viro cujus hæc sunt conce-pi: cognosce ejus sit annulus, et armilla, et ba-culus.

26. Qui agnitis numeribus, ait: Justior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen ultra non cognovit eam.

27. Instante autem partu, apparuerunt gemini in utero: atque in ipsa effusione infantium, unus protulit manum, in quâ obstetrix ligavit coccinum, di-cens:

28. Iste egredietur prior.

29. Illo verò retrahente manum, egressus est al-ter: dixitque mulier: Quare divisa est propter te maeria? et ob hanc causam vocavit nomen ejus Phares.

30. Postea egressus est frater ejus, in cujus manu erat coccinum, quem appellavit Zara.

COMMENTARIUM.

Describit hic Moses genealogiam Judæ potius quam aliorum fratrum; quia ex Judæ Thamar nasciturus erat Christus. Secundò ne Judæi gentiles despicerent, cum tribus Juda, quæ erat nobilissima, ex Chanaanis, per matrem Thamar, descenderet. Ita Genad.

Vers. 4. - EODEM TEMPORE. Pota anno 16 Josephi,

15. Juda l'ayant vue, s'imagina que c'étoit une fem-me de mauvaise vie, parce qu'elle s'était couvert le visage, de peur d'être reconnue.

16. Et s'approchant d'elle, il lui parla pour la faire consentir au mauvais désir qu'il avait; car il ne savait pas que ce fût sa belle-fille. Elle lui répondit: Que me donnerez-vous pour ce que vous me demandez?

17. Je vous enverrai, dit-il, un chevreau de mon troupeau. Elle lui répartit: Je consentirai à ce que vous voulez, pourvu que vous me donniez un gage, en attendant que vous m'envoyiez ce que vous me promet-tez.

18. Que voulez-vous que je vous donne pour gage, lui dit Juda? Elle lui répondit: Donnez-moi votre anneau, votre bracelet et le bâton que vous tenez à la main. *Il les lui donna.* Ayant donc connu Juda une seule fois, elle conçut de lui.

19. Et s'en alla aussitôt: et ayant quitté l'habit qu'elle avait pris, elle se revêtit de ses habits de veuve.

20. Juda envoya ensuite le chevreau par son pas-teur, qui était d'Odollam, afin qu'il retirât le gage qu'il avait donné à cette femme; mais ne l'ayant point trouvée,

21. Il demanda aux habitants de ce lieu: Où est une femme qui était assise dans ce carrefour? Tous lui ré-pondirent qu'il n'y avait point eu en cet endroit de femme débauchée.

22. Ainsi il retourna à Juda et lui dit: Je ne l'ai point trouvée; et même les habitants de ce lieu m'ont dit que jamais femme de mauvaise vie ne s'était assise en cet endroit.

23. Juda dit: Qu'elle garde ce qu'elle a. Elle ne peut pas au moins m'accuser d'avoir manqué à ma pa-rolle: J'ai envoyé le chevreau que je lui avais promis, et vous ne l'avez point trouvée.

24. Mais trois mois après, on vint dire à Juda: Thamar votre belle-fille est tombée en fornication; car on commence à s'apercevoir qu'elle est grosse. Juda, selon le droit qu'avaient alors les pères de famille, la jugeant comme une adultère, répondit: Qu'on la pro-duce en public, afin qu'elle soit brûlée.

25. Et lorsqu'on la menait au supplice, elle envoya dire à son beau-père: J'ai conçu de celui à qui sont ces gages. Voyez à qui est cet anneau, ce bracelet et ce bâton.

26. Juda ayant reconnu ce qu'il lui avait donné, dit: Elle a moins de tort que moi, parce que j'ai manqué à ce que je devais, en ne la faisant point épouser à Sela mon fils, et qu'elle ne s'est portée à faire ce qu'elle a fait, que par le désir d'avoir des enfants de mon sang. *Ainsi il lui conserva la vie; mais néanmoins il ne la connut point depuis.*

27. Comme elle fut sur le point d'accoucher, il pa-rut qu'il y avait deux jumeaux dans son sein; et lors-que ces enfants étaient près de sortir, l'un des deux passa sa main, à laquelle la sage-femme lia un ruban d'écarlate, en disant:

28. Celui-ci sortira le premier.

29. Mais cet enfant ayant retiré sa main, l'autre sortit. Alors la sage-femme dit: Pourquoi avez-vous ainsi rompu le mur qui vous divisait, pour sortir le pre-mier? C'est pourquoi il fut nommé Phares, c'est-à-dire, division.

30. Son frère, qui avait le ruban d'écarlate à la main, sortit ensuite, et on le nomma Zara, c'est-à-dire, Orient, parce qu'il devait sortir le premier.

Paulo post ejus venditionem, Judas duxit uxorem. Erat ergo tunc Judas 19 annorum; erat enim ipse tribus annis senior Josepho, nam natus est anno 88, Joseph vero 91 Jacobi patris sui, ut dixi c. 50. Hinc sequitur Hesron et Hamul nepotes Judæ, ex Thamar et Phares, non potuisse nasci in Chanaan, ante descensum Jacobi in Ægyptum, qui contigit 25 annis à vendito Jo-

seph, puta anno Joseph 59, sed eos natos esse post descensum Jacobi, habitante et vivente eo in Ægypto. Ita Abulensis, licet S. Aug. quest. 128 contrarium sentiat, ex eo quod putet Judam, non eodem anno quo venditus est Joseph, sed duobus aut tribus annis ante duxisse uxorem. Sed prius est verius: esto enim de-nus S. Augustino Her natus esse Jude tribus annis ante venditum Joseph, tamen non potuit Her ducere Thamar ante annum ætatis suæ decimum sextum, post quem Thamar nupsit Onan; deinde expectavit aliquot annis pubertatem Sela; ac tandem prostituens se Judæ genuit Phares: Phares autem, ut minimum, sexdecim erat annorum cum genuit Hesron et Hamul: que omnia non 25 aut 26, sed 34, ut minimum, an-nos exposcunt, ante quos exactos Jacob jam pridem, puta à novem annis, ex Chanaan descenderat in Ægyptum. Quod enim Judæi asserunt Phares anno æta-tis nono genuisse Hesron, incredibile et impossi-bile est.

Vers. 2. — VINDICQUE, concupivit.

SUE. Non est nomen filia, sed patris ejus, socieri Judæ, ut patet ex Hebraeo.

Vers. 3. — VOCATIVUM NOMEN EJUS HER. In Hebræo est masculinum *raicra*, id est, et vocavit, scilicet pater Judas; in reliquis verò duobus est femininum *ra-tiera*, id est, et vocavit, scilicet mater, puta uxor Judæ. Unde pater patrem primogenito suo Her nomen dedisse; matrem verò aliis duobus postea natis. Sic Rachel filium suum juniorem vocavit Benoni, quod tamen nomen mutavit pater, vocans eum Ben-jamin.

Vers. 5. — PARERE ULTRA CESSAVIT. Hebraicè est *veha abicab*, quod Septuag., Chald. et Vatablus ver-tunt, erat in *Kesib*, quando peperit eum, quasi *Kesib* sit nomen proprium urbis Palæstina. Verùm melius, teste S. Hieron. in Quest. in Genes., noster interpres *Kesib* accepit, non ut proprium, sed ut appellativum, quo modo significat mendacium, sive defectum, q. d.: Erat in defectu pariendi, defect eam conceptus et partus, desitit parere; unde et Aquila verit, *stetit partus ejus* Hunc sensum exposcunt sequentia, que planè significant hunc ultimum ejus fuisse filium.

Vers. 7. — FUIT QUOQUE HER NEGAM. Consentiant Hebræi et Christiani, tam Her, quam Onan, peccasse peccato mollietæ et retractis, quod est contra natu-ram generationis et matrimonii: perdit enim fetum et conceptum in suo semine; unde ab Hebræis hoc peccatum comparatur homicidio, et à Scrip. v. 10, vocatur detestabile. Her ergo non peccavit crudelitate, ut vult sanct. August. lib. 22 contra Faustum c. 48, sed libidine, scilicet retrahendo se in actu matrimo-nii, ut semen extra naturale vas uxoris profunderet; idque fecit ex libidinis intemperantiâ, ne scilicet puer-peria, et liberorum educatio aliquid de pulchritudine suæ uxoris, ac consequenter de suâ delectatione vene-ret deciperet. Onan frater Her eodem peccato pec-cavit, sed ex alio motivo, eoque graviori et scelestio-ri, puta ex invidia, ne scilicet si consummaret actum matrimonii, filios non sibi, sed fratri procrearet. Pul-

chrè Her hebraicè per metathesin est *ra*, id est, ma-lus, perversus; qui enim à patre vocatus erat Her, id est, vigil, per peccatum conversus est in *ra*, id est, perversum. Onan hebraicè idem est quod iniquitas et dolor; hic enim illam quasi filius matrem individue committat et insequitur.

ET AB EO OCCISUS EST. Tam Her quam Onan hoc peccatum mollietæ occisi sunt à Deo, per angelum malum, ut videtur, puta per Asmodæum. Hic enim occidit li-bidinosis maritos Sara, Tobie 3, 7. Rursim Deus, inquit Abulensis, occidit eos, immittendo eis terri-bilem plagam, ita ut liqueret eos non naturaliter, sed à Deo fuisse sultatos, in ponam iniquitatum suarum.

Notent confessarii hanc Dei vindictam in molles, inque conjuges se in actu conjugii retrahentes, eam-que suis penitentibus inculcent. Si enim hoc seculo tam rudi, inculato et projecto, Deus ita punivit Her et Onan, quomodo puniet in luce hæc et lege Evangelii Christianos, qui se pollutant?

Vidit S. Christina mirabilis in spiritu, mundum hoc peccato pollutionis plenum et obrutum, ideòque Deum toto mundo gravissimas intendere plagas, quas ut aver-teret ipsa, mitis, et horrendis modis et penis esse excruciat; Joannes Benedictus in Summa casuum, ad sextum Decalogi præceptum, ex Conrado Clingio mirum quid de hoc peccato tradit (penes eos sit fides) sive revelatione, sive experientia acceptum; quod scilicet ii, qui tot annis, quod vixit Christus, puta tri-ginta tribus, in hoc pollutionis peccato perseverant, sint incurabiles, et quasi desperatæ salutis, nisi mira, rara et extraordinaria Dei gratia eis succurrat, eosque convertat. Videat ergo qui in hoc peccatum lapsus est, ut statim ab eo per penitentiam resurgat, ne ha-bitum contrahat, ad quem natura per se propensissi-ma est, quem proinde postea exuere non possit, ita-que sibi necet et plectat funes libidinis inextricabiles, qui eum in abyssum pertrahant, ignique gehennæ in-solubilibiter astringant.

Vers. 9. — NON NASCI SIBI FILIOS. Nota ante legem, Deut. 25, v. 5, fuisse in more apud patres, ut frater frateris sine liberis defuncti uxorem duceret, eique semen, id est, prolem suscitaret, ne ejus nomen et familia interiret; ita scilicet, ut primogenitus quem ex fratre uxore procreasset, nomine, non suo, sed fratris censeretur; reliqui verò deinceps nati, sui censerentur, suoque nomine vocarentur. Primogenitus ergo, generandus ab Onan, vocandus erat filius Her; reliqui verò, vocandi erant filii Onan. Sed in-vidus et impius Onan, ne fratri lucret, sibi ipsi lu-cernam extinguat, dum semen suum in terram pro-fudit et perdidit.

Nota secundò enallagen, *filios*, id est, filium, scilicet primogenitum, ut dixi, et, si is moreretur, secundogenitum, qui in locum primogeniti succe-deret.

Nota tertio, quædam legalia in usu fuisse ante Mo-sen; talis enim est hæc adoptio et arrogatio filiorum; talia quoque fuerunt observatio sabbati, discretio ani-

malium mundorum ab immuodis, circumcisio, et alia quedam, quæ Dei insineta aut præcepto servarunt patres ante Moysen et legem.

VERS. 11.—ESTO VIDUA. Hinc, et ex v. 8 colligitur, illa ætate mulierem, quæ nupsit in aliqua familia, illi deinceps quasi addictam fuisse, ut, si maritus ejus moreretur, alium ejusdem familie duceret, qui semen fratri defuncto suscitaret; quod si talis nullus esset, aut sese non offerret, tum poterat ex alia familia maritum capessere. Ex ergo hæc consuetudine, Thamar adhesit familie Jude, nec de eâ in aliam transiit.

TIMEBAT ENIM. Hebraicè est, dicebat enim (subandi: Non dabo tertium filium Sela ipsi Thamar, in maritum), ne ipse moriatur, sicut duo priores fratres ejus, qui fuerunt mariti Thamar, in conjugio cum eâ mortui sunt. Hinc patet, Judam hoc prætextu et dolo voluisse ablegare à se et suâ familia Thamar, cui jam ipsa per duplex matrimonium incorporata fuerat, dicendo filium suum Sela adhuc juniorem esse, itaque moras metendo eludebat Thamar; timebat enim ne Thamar, vel ob peccata sua, vel ob infelicitatem suam, esset causa, aut certè occasio mortis maritorum suorum; hoc enim Sara uxori Tobie, ex simili suspitione improperatum est, Tobie 3, v. 9.

Sensit hunc Jude dolum Thamar, quæ prolem non aliunde, quam ex stirpe Jude et Abrahæ à Deo benedictâ, querebat, cumque Sela maritum sibi promissum, jam puberem et maturum, sibi negari cernebat, mirabili strophâ dolum Jude elusit, eumque in Jude caput retorsit.

VERS. 14.—ASSUPSIT THERISTRUM, peplo se obvolvitur, ne agnosceretur. Erat theristrum velum æstivum, inquit Suidas, ita dictum à *θεῖος*, id est, ab æstu et æstu quem arcebat. Hebrææ mulieres olim (uti jam Italice faciunt) peplo vel velo serico operiebant caput et totum corpus, ut dixi Ezech. 16, 10, illic partim honestatis, partim ornatus (theristrum enim hic opponitur vestibus viduitatis et luctûs), partim æstus arceudi gratiâ.

SEDIT IN BIVIO FITERIS. Hebraicè est, sedit *bepetach enaim*, quod Septuag. vertunt, *sedit ad portas enan*. Verùm nota: Hebræi bivium vocant *petach enaim*, id est, apertionem, et, à Chald. vertit, divisionem duorum oculorum; qui, in bivio solenus oculos divertere in duas partes, puta in duas semitas. Ita in bivis sedit meretricis, ut utrinque transeuntes venient et captent; hinc in bivio sedit Thamar captans Judam.

VERS. 16.—INGREMENSQUE AD EAM. Judas hic peccavit simplici fornicatione; non enim agnoscebat suam matrem; et uxor Jude jam erat mortua, ut patet v. 12, ac proinde Judas jam erat viduus et solutus; Thamar verò peccavit et fornicatione, et quasi adulterio (erat enim desponsa Sela filio Jude, ut patet v. 11), et incestu, quia agnoscebat Judam suum socerum. Errat ergo Franc. Georgius sectione 4, problemate 265, ubi assertit Thamar non peccasse, quia ad mysterium hunc egit; gravius errat problemate 267, uti et R. Moses lib. 3, More c. 50, dum excusant fornicationem

Jude cum Thamar hoc nomine, quod ante legem Moysi meretricium non fuerit prohibitum, ideoque licitum. Certum enim est fornicationem simplicem esse peccatum contra legem naturæ, ideoque eam omni tempore, etiam ante legem Moysi fuisse vitatam et illicitam, uti docent S. Hieron., S. Augustinus lib. 22 contra Faustum, S. Thomas, Lyran., Abulensis, et alii passim.

Dices: S. Chrysost. et Theodor. hic excusant Thamar et Judam. Respondeo: Non excusant factum, sed facti intentionem in Thamar, quia Thamar non libidinem, aut Judas, sed prolem intendebat. Secundò, hoc factum quodammodo excusant, dum illud referunt ad Dei dispositionem, id est, permissionem et ordinationem. Deus enim permisit hoc peccatum, et hæc fornicationem Jude, ut ex eâ nasceretur Phares, et ex Phares nasceretur Christus; eam ergo ordinavit ad Christum. Sic S. Ambros. elevat venditionem Josephi, quasi factam in typum venditionis Christi, cum tamen constat eam in se fuisse grave peccatum. Deus enim omnia peccata et mala hominum novit ordinare et dirigere ad bonum finem; unde semper ex malis bonum aliquod elicit.

Frivolum ergo est, quod ait R. Simon Jochai, Thamar fornicatam esse Dei insineta, ut ex Judâ Messiam conciperet; perinde ac Osee Dei insineta et jussu duxit fornicariam, et ex eâ procreavit filios, qui idecirò vocantur filii fornicationum.

Verùm hoc de Osee exprimit Scriptura, nil autem tale exprimit de Thamar. Rursum, hęc fornicaria Dei jussu facta est uxor Osee, constat autem Thamar non esse effectam uxorem Jude, imò Judam deinceps ab eâ abstinuisse, ut patet v. 26.

VERS. 18.—ET BACULUM, scipionem viatorum, quali in viâ usus est et Jacob, c. 32, v. 10.

VERS. 25.—HABEAT SIBI, CERTE MENDACI ARGUERE NOS NON POTEST.—Hebraicè est, *servet sibi* (meum anulum, armillam, et baculum), *ne forte simus in confusionem*; si enim eam queramus, et nostra hæc ab eâ repetamus, illa id indignè ferens, publicabit meam fornicationem, itaque magnâ me confusione et ignominia afficiet; præsertim si ipsa meum anulum ostendet. Ridebunt enim homines meum levitatem, petulantiam et turpitudinem, quod anulum meum signatorium meretrici dederim; quodque illa hæc anulum poscendo, sibi que servando me ita deluserit, ut litteras quas voluerit meo nomine fingere, meoque sigillo obsignare possit. Rursum, si anulum repetam, illa, ut eum servet, jactabit me mercedem pactam ipsi non solvisse, itaque fraudis et mendacii me publicè arguet, meque confundet, licet falsò; ego enim misi ei hædum, quomodo promisi. Hæc enim omnia in concisâ hæc oratione Jude, more hebræo, subaudiuntur, et supplenda sunt. Unde hoster magis Jude mentem et sensum quam verba respiciens, clarè veritè: *Certe mendacii arguere nos non potest: ego misi hædum, quem promiseram.*

VERS. 24.—PRODUCETE EAM, ET COMBURATUR. Dicit hoc Judas, ait S. Thomas, quasi accusaturus Tha-

mar in publico judicio, ursurusque ut iudex eam igni adjudicet. Secundò et verisimiliss, proferit hęc Judas sententiam combustionis in Thamar, quasi iudex; unde ea mox executioni mandata est, sequitur enim: *Quæ eam duceret ad penam.* Erat enim Judas paterfamilias, qui more prisce illius seculi erat iudex sue familie; aut potius Judas tanquam fratrum animosissimus, à Jacob patre constitutus erat quasi prætor totius familie, quæ numerosa erat, puta omnium Hebræorum; hi enim à tempore Abrahæ propriam habuerunt rempubl. à republ. Chanaanorum distinctam, in quâ patriarcha et princeps erat Jacob. Erant enim ipsi peregrini, à Deo selecti et segregati ab aliis populis, erantque quasi respubl. ambulans, donec sub Josue in Chanaan sedes fixerunt. Judas ergo quasi prætor nrorum suam Thamar ad rogum deposcit, ob certum et publicum adulterii crimen; erat enim ipsa desponsa Sela filio Jude, ac sponsalia hæc violavit per concubitum cum Judâ, ideoque fuit adultera.

Hinc patet, adulteri penam prisco illo seculo fuisse mortem, eamque ignis; sicuti paulò post Deus per Moysen adulteros jussit occidi per lapidationem, Levit. 24, v. 10; item mulieribus adulteris decrevit aquas maledictionis, quæ utrumque earum dirumperent, Num. 5, 27. Egyptii adulteros virgis caedebant ad mille plagas, adulteras naso truncabant, ad perenne dedecus. Testis est Diodorus lib. 4 c. 6. Apud Arabes, Parthos, aliasque nationes adulteris semper pena capitis fuit, quod perique philosophi prodidisse, qui adulterium perjurio gravius crimen censuerunt. Testis est Alexand. ab Alex. l. 4, c. 1. Cumani adulteram in foro omnibus ridendam exponebant; deinde asino per totam urbem circumvehabant, ut totâ vitâ esset infamis, indeque *ἀσινος* dicebatur, quod asinum equitasset. Testis Plutarch. in Probl. Tenedius rex legem tulit in adulteros, ut utriusque corpus securi concideretur, ejusque legis exemplum in filium edidit. Plato lib. 9 de Legibus, fornicantem moris supplicio condemnat; adulterum impudè à viro occidi posse asserit. Solon adulterum deprehendenti, permisit occidere, teste Plutarcho in Solone. In adulteros graves penas sanxit Julius Cæsar, Augustus, Tiberius, Domitianus, Severus et Aurelianus, qui in adulterum id excogitavit, ut duarum arborum inflexis capitibus, ac ad pedes religatis, moxque dimissis, intervalus utrinque propenderet. Testis est Cælius lib. 10, cap. 6. Optilius Macrinus adulteros igne cremabat, teste Alexand. ab Alex. supra. Saxones adhuc pagani, adulteram cogebant se suspensio necare, et super bustum illius incensere et concremari; adulterum suspendebant. Testis S. Bonifacius apud Guffel. Malmesbur. lib. 1, c. 61, de Anglis. Quin et Mahomet, adulterum publicè flagitari ad centum ictus sanxit. Brasilienses adulteras vel occidit, vel tanquam servas vendit. Testis Osorius lib. 2 de Gestis Emmanuelis.

Nota. Judas ex irâ hęc præcipital sententiam: damnat enim Thamar inauditam; rursum damnat non tantum Thamar, sed et factum ejus innocentem. Jussit

enim Thamar gravidam, cum fetu trimestri jam animato, comburi; itaque factum tam corpore quam animâ interficere. Quod est contra omne jus naturæ et gentium. Ita Cajet. Quod enim aliqui sic exponunt, *Produce eam*, scilicet, inquit, non proximè ad rogum, sed carcerem, ut illic asservetur, donec pepererit, et postea comburatur, non salis coheret cum textu, qui sic habet: *Produce eam*; non ut incarcerationi, sed ut comburatur. Unde et mox ad ignem protracta fuit Thamar. Subdit enim statim Moses, dicens: *Quæ eam duceret ad penam*: nam post hæc Thamar deum, v. 27, parit.

VERS. 26.—JUSTIOR ME EST. Non ait, sanctorum me est, vel castior, sed justior, quia gravius peccavit Thamar quam Judas. Hic enim solâ fornicatione, illa fornicatione, adulterio et incestu peccavit: justior tamen fuit, id est, magis æquè ac justè egit Thamar cum Judâ, quam Judas cum Thamar. Judas enim promissa et pacta sua illi non servavit, negando ei matrimonium Sela promissum, itaque provocavit et adegit eam in hæc stropham struxit Jude, quâ prolem, quam ex Sela sperabat, cum eam injustè impediret Judas, ab ipso Judâ repereret. Cum enim Thamar familie Jude et Abrahæ jam addicta, omnino ex eâ prolem cuperet, et negaretur ei sus Sela, alium modum ut sui justi voti compositio fieret, non habuit, quam si astutè, licet per scelus, ex ipso Judâ prolem quæret; Thamar ergo coram Deo iniquior, sed coram Judâ justior exitit.

QUA NON TRADIDI EAM SELA. Subaudi, idecirò hoc fecit, ut hanc in me fabam cederet.

ATTAMEN ULTRA NON COGNOVIT EAM. Mansit ergo Thamar deinceps celebs contenta prole suscepta ex Judâ, inquit Theodor. Nam Sela eam, hoc incestu paterno pollutam, non potuit, nec voluit habere conjugem, sed aliam duxit, ut patet Numer. 26, v. 19, ex quâ varios genuit filios et inter eos unum, qui stare fecit solem, ut dicitur 4 Paral. 4, v. 22, de quo ibi.

VERS. 27.—APPAREBUNT. Obstetrix manu ad oturum adnotâ, cogitavit duos intus motitari, et quasi luctari, uter prior exiret.

VERS. 28.—ISTE EGREDIETUR PRIOR. Hebraicè: *Iste egressus est prior*, q. d.: Iste est primogenitus, quia prior manum extulit; unde cocineo filo, vel funiculo eum ligabo et signabo, ut, si oriatur dubium, vel incertitudo aliqua, sciatur ex filo quòd hic prior manum extulerit, sitque primogenitus.

VERS. 29.—RETRAHENTE MANU. Hæc omnia Deo dirigente et disponente facta esse docet sanct. Chrysostomus; nimirum volebat Deus non Zaram, sed Phares primò nasci, esseque primogenitum, quia ex Phares volebat nasci Christum Dominum.

DIXITQUE MULIER; OBSTETRIX AGRÈ FERENS SE DECEPTAM, metuens etiam ne hæc violenta collectatio et eruptio matri aut gemellis noceret, dixit:

QUARE DIVISA EST PROPTER TE MACERIA? Hebraicè est, *quare ruptis super te rupturam*, vel *maceriam*, id est, cur membraam quò opercularis ruptis, ut pro-

diris ante fratrem tuum? hoc est, cur ruptis secundis prior egressus es, et anteveristi fratrem tuum?

Genelli enim easdem secundinas habent. Audi Fernellium lib. 7 Physiologiae c. 12: *Qui genelli unius sunt sexus, iidem secundis involuti, simplici duntaxat membrana (quam *aponeurosis*, id est, aguinam, vocant), se iunguntur, suum quisque tamen umbilicum, propriasque tum venas, tum arterias obtinent. Qui verò diversi sunt sexus, diversas quoque secundas acceperunt, easque prorsus diremptas. Idem docet Rodericus à Castro l. 5 de Naturâ mulierum c. 15, idemque per experientiam se comperisse nostri medici profitentur.*

Nota. Haec sunt verba obstetricis, agrè ferentis, ut dixi, præreptum esse Zaræ à Phares exitum ex utero, et primogenituram. Nota. Pro *maceriâ* hebraicè est *phares*, id est, ruptura, item murus, sive sepes (ut verum 70), quæ rumpitur. Murus hic est membrana, quæ quasi muro infans in utero matris cingitur et involvitur, quaque perrupta egreditur. Hæc membrana vocatur secundinæ, eò quod infans nascentem sequantur, et ex utero emittantur. Hinc infans vocatus est Phares, id est, divisio vel divisor aut ruptor, quia prior rupit et divisit secundinas, quasi murum sibi obstantem, ut prior nasceretur. *Phares*, inquit, *sanct. Hieron.*, ab eo quod *diviserit membranam secundinarum, divisionis nomen accepit; unde et Pharisæi, qui se quasi justos à populo separaverant, Pharisæi, id est, divisi, appellabantur;* hinc et illud, quod Balthasari inscriptum fuit, Daniel. 5, v. 28: *Mene, Tekel, Phares*, id est, *numeratum, appensum, et divisum est regnum tuum, ac datum Persis et Medis.* Ita sanct. Hieron.

Nota secundò. Phares habitus fuit primogenitus Jude, habitusque jura primogenituræ: unde stirps Jude textur per Phares; ac David, omnesque reges, et Christus ipse Judæ promissus Genes. 49, 10, ex eo per Phares prognati sunt.

Dices: Sela, filius Jude legitimus, senior fuit Phares: proximè enim post Her et Onan genitus est; ergo iis mortuis ad eum devolutum est jus primogenituræ, præsertim cum Sela filios reliquerit, qui nominantur 1 Paral. 4, 21. — Resp. Her fuisse primogenitum Jude, eoque mortuo, debuisse Onan, et deinde Selam dicere ejus uxorem relictam Thamar, ac eà suscitare semen Her fratri suo, ejusque nomine censere primogenitum, scilicet vocando eum filium Her, ut dixi v. 9. Quia verò hoc non fecit Sela, sed Judas, gignendo ex Thamar Phares, hinc Phares censetur primogenitus, utpote filius Thamar uxoris Her primogeniti; ac consequenter succedens in locum Her primogeniti, ex usu et lege illius seculi. Hæc de causâ operosè hic narratur generatio et nativitas Phares, ante Zaram, quia si Zara fuisse natus ante Phares, fuisse primogenitus Jude; hinc in utero contendit cum Phares, ut prior nasceretur. Hic rursùm videmus causam, cur Thamar tam ardentè quaesierit prolem ex Sela, et eo negato, ex Juda, quia scilicet cupiebat ex se nasci primogenitum heredem et principem nobilissimæ familie Jude. Licet enim lex de suscitando semine fratri demortuo, tantùm nominaret et obligaret fratres, non

patres, eò quod copula nuda cum patre, puta cum socio, esset vetita; tamen si pater filium suam negaret nurri illiberi et viduæ, illi ex lege debitum, illaque proinde jus suum, licet per scelus, reposeret à patre, puta à socio, uti fecit hic Thamar, tunc proles ex eâ primò nascens, censebatur primogenita; quia juris fictione et interpretatione censebatur pater fecisse, jusque nurri, æquè ac primogenito suo mortuo, debitum reddidisse per se, quod debuisset facere et redde-re per filium superstitem. Cum enim regula juris habeat: *Quod quis facit per alium, hoc per se facere videtur;* multò magis, quod quis per alium facere tenetur, si per se faciat, reipsâ fecisse censendus est. Addunt aliqui, videri stirpem Sela in posteris defuisse; nulla enim ejus alibi fit mentio: Phares verò stirps duravit usque ad Christum. Emortuâ ergo stirpe Sela, omni jure primogenitura devoluta est ad stirpem Phares, utpote proximam. Verùm hoc incertum est, nec satisfacit. Nam jam inde ab initio, cum adhuc staret stirps Sela, Aminadab qui fuit secundus à Phares (Phares enim genuit Esron, hic genuit Aran, hic Aminadab ejusque) filius Naason, fuerunt principes in tribu Judæ, quasi ejus primogeniti, ut patet Num. 1, 7.

VERS. 30. — ZARA. Zara hebraicè idem est quod oriens, quia hic filius cum prior extendisset manum, prior quoque oriri et nasci debet naturaliter. Vocatus est, inquit S. Hieron., *Zara*, id est, oriens, sive quia primus apparuit, sive quod plurimi justi ex eo nati sunt, ut patet 1 Paral. c. 2 et seq.

Allegoricè, Zara qui prior manum protulit, est Judæus, qui prior legem accepit, sed manum cocineo filo ligatam retraxit, quia conscientiam Christi sanguine pollutam, à Deo et salute averit: unde ei prælatas est Phares, id est, gentilis populus, qui prior ad lucem fidei venit, et Deo natus est, ruptique maceriam iniuicitarum inter Deum et homines, per Christi sanguinem; ita Rupert. et sanct. Cyrill. E contrario tamen sanct. Chrysost., Irenæus et Theodor. per Zaram Christianos gentiles, per Phares Judæos accipiunt.

Moraliter, vide hic qualis sit origo familiarum nobilissimarum, quidque sit nobilitas. Ecce enim ex hoc incestu Jude cum Thamar prognati sunt David, Salomon, omnesque reges Judæ, ipseque Christus Dominus; hic enim à Judâ per Phares et Thamar descendit. Nam omnes legitimi filii Judæ, vel nullos, ut Her, et Onan; vel paucos et plebeios, ut Sela, posterò habuerunt, ut liquet à Paral. 4, 21. Pari modo nullus est rex, aut princeps, qui si suos majores à bis mille annis repetat, inter eos non inventurus sit multos spurios, multos rusticos aut cerdones, aut lit-viores. Quinimò permulti ex vilissimâ prosapia mox ad regnum evecti sunt. Ita Saül ab asiis, David ab ovibus ad regnum evasit; Jephte ex latrone factus est princeps; Arsaces ex latrone factus est rex Parthorum; Gyges ex pastore factus est rex Lydorum; Darius Hystaspis Cyri pharographus fuit; Valentinus I imp. patrem habuit funes torquentem; Tamerlanes ex bu-

bulco factus est rex Tartarorum; Agathocles Syracusanorum tyrannus patrem habuit figulum; Tullus Hostilius ex pastore factus est rex Rom.; Aurelianus et Diocletianus humili genere nati sunt; Maximus fuit opilio; Maximus Pappienus patrem habuit fabrum ferrarium; Justinus primus imp. primò fuit subuleus; secundò bulbulcus; tertio faber lignarius; quarto miles, inde imperator. Mahometis auctor mahometismi et Alcorani, camelarius fuit. Othomannus primus Turcarum princeps agrariis parentibus ortus est, cujus posterì etiamnum Turcarum sunt imperatores. Sultanos Ægyptios ex gentis et regni instituto prius oportebat servos esse, quàm ad eum honorem consecrari.

CAPUT XXXII.

1. Igitur Joseph ductus est in Ægyptum, emitte eum Puthifar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir ægyptius, de manu Ismaelitarum à quibus perducus erat.

2. Fuitque Dominus cum eo, et erat vir in cunctis prosperè agens: habitavitque in domo domini sui, 3. qui optimè noverat Dominum esse cum eo, et omnia que gereret, ab eo dirigi in manu illius.

4. Invenitque Joseph gratiam coram domino suo, et ministrabat ei, à quo prepositus omnibus, gubernata creditam sibi domum, et universa que ei credita fuerant;

5. Benedictusque Dominus domui Ægypti, propter Joseph, et multiplicavit tam in edibus, quàm in agris cunctam ejus substantiam;

6. Nec quidquam aliud noverat nisi panem quod vesebatur. Erat autem Joseph pulchrâ facie, et decorus aspectu.

7. Post multos itaque dies injecti domina sua oculos suos in Joseph, et ait: Dormi mecum.

8. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam: Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo suâ;

9. Nec quidquam est quod non in meâ sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te que uxor ejus est: quomodò ergo possum hoc malum facere et peccare in Deum meum?

10. Hujuscemodi verbis per singulos dies, et mulier molesta erat adolescenti, et ille recusabat stuprum.

11. Accidit autem quâdam die ut intraret Joseph domum, et operis quidpiam absque arbitrio faceret;

12. Et illa, apprehensâ laciniâ vestimenti ejus, diceret: Dormi mecum. Qui, relicto in manu ejus pallio, fugit et egressus est foras.

13. Cùmque vidisset mulier vestem in manibus suis, et se esse contemptam,

14. Vocavit ad se homines domus suæ et ait ad eos: En introduxit virum hebræum, ut illuderet nobis: ingressus est ad me, ut coiret mecum; cùmque ego sueclamâsem,

15. Et audisset vocem meam, reliquit pallium quod venebam, et fugit foras.

16. In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito revertenti domum,

derent. Denique omnis nobilitas ignobile habuit principium; et qui in avorum nobilitate gloriantur, non in suâ, sed in alienâ virtute gloriantur. Et hoc ergo vanitas est. Rectè Poeta:

*Tota licet veteres exornent utique cerâ
Atria, nobilitas sola est atque unica virtus.*

*Nam genus, et procos, et que non fecimus ipsi,
Vis ea nostra voco.*

Et meritò Iphicrates cuidam exprobranti ignobilitatem: *Meum, inquit, genus à me incipit, tuum in te desinit.* Ita Plutarch. in Apophthegm. Idem suis remulhis respondit Cicero: *Ego, ait, meis majoribus virtute prætaxi.*

CHAPITRE XXXII.

1. Joseph ayant donc été mené en Egypte, Puthifar, égyptien, eunuche de Pharaon et général de ses troupes, l'acheta des Ismaélites qui l'yaient amené.

2. Le Seigneur était avec lui, et tout lui réussissait heureusement: il demeurait dans la maison de son maître,

3. Qui le tenait auprès de sa personne, parce qu'il savait très-bien que le Seigneur était avec lui, et qu'il le favorisait et le bénissait en toutes ses actions.

4. Joseph ayant donc trouvé grâce devant son maître, se donna tout entier à son service: et ayant reçu de lui l'autorité sur toute sa maison, il la gouvernait et prenait soin de tout ce qui lui avait été mis entre les mains.

5. Le Seigneur bénit la maison de l'Égyptien, à cause de Joseph, et il multiplia tout son bien, tant à la ville qu'à la campagne;

6. En sorte que son maître n'avait d'autre soin que de se mettre à table et de manger, et reposant du reste sur Joseph. Or Joseph était beau de visage et très-agréable.

7. Longtemps après, sa maîtresse jeta les yeux sur lui, et lui dit: Dormez avec moi.

8. Mais Joseph ayant horreur de consentir à une action si criminelle, lui dit: Vous voyez que mon maître m'a confié toutes choses, qu'il ne sait pas même ce qu'il y a dans sa maison;

9. Qu'il n'y a rien qui ne soit en mon pouvoir; et que n'ayant mis tout entre les mains, il ne s'est réservé que vous seule, qui êtes sa femme. Comment donc pourrais-je commettre un si grand crime, et pécher contre mon Dieu, en violant la fidélité que je dois à mon maître?

10. Cette femme continua pendant plusieurs jours à solliciter Joseph par de semblables paroles; et lui, il continua à résister à son infâme désir.

11. Or il arriva un jour que Joseph était entré dans la maison, et y faisant quelque chose, sans que personne fût présent,

12. Sa maîtresse le prit par son manteau, et lui dit encore: Dormez avec moi. Alors Joseph lui laissant le manteau entre les mains, s'enfuit et sortit du logis.

13. Cette femme se voyant le manteau de Joseph entre les mains, dans la douleur d'avoir été méprisée par cet esclave,

14. Appela les gens de sa maison et leur dit en parlant de son mari: Il nous a amené ici cet hébreu pour nous faire insulte: il est venu à moi dans le dessein de me corrompre; et n'étant mise à crier,

15. Lorsqu'il eut entendu ma voix, il m'a laissée son manteau que je tenais, et s'en est enfui dehors.

16. Lors donc que son mari fut retourné en sa maison, elle lui montra ce manteau qu'elle avait retenu comme une preuve de sa fidélité,

17. Et ait : Ingressus est ad me servus hebraeus quem adduxisti, ut illuderes mihi ;

18. Cumque audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebam, et fugit foras.

19. Illis auditis, dominus, et nimium credulus verbis conjugis, iratus est valde,

20. Tradiditque Joseph in carcerem, ubi vinciti regis custodiebantur, et erat ibi clausus.

21. Fuit autem Dominus cum Joseph, et misertus illius dedit ei gratiam in conspectu principis carceris.

22. Qui tradidit in manu illius universos vincitos qui in custodia tenebantur, et quicquid fiebat, sub ipso erat.

23. Nec noverat aliquid, cunctis ei creditis : Dominus enim erat cum illo, et omnia opera ejus dirigebat.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — IGITUR JOSEPH. Redi hic Moses ad historiam Josephi, intercaem e. procedenti per historiam genealogie Jude. Gesta enim Josephi et Jude pro alius fratribus prosequitur hic Moses, quia Judas et Joseph diviserunt primogenituram Rubeni, à qua ipse propter incestum excedit, ut patet e. 49, v. 3 et 4.

ENITQUE EUM PUTIPHAR. Tradunt Hebraei, inquit S. Hieron. Putiphar emisse Josephum ob nimiam ejus pulchritudinem, in turpe ministerium, ideoque Deo vindice virilia ei exaruisse, ut fieret eunuchus, eaque de causa electum esse sacerdotem Heliopoleos ; et hujus filiam esse Aseneth, quam postea uxorem Joseph accepit. Hanc traditionem probare videtur S. Hieron. canque sequitur Rupertus. Sed alii passim non immerito eam habent pro fabulâ, à Judæis more suo confictâ.

VERS. 2. — ENITQUE DOMINUS CUM EO, eum ejusque actiones pro omnia dirigendo et prosperando, eumque omnibus amabilem et gratiosam efficiendo. Ita S. Chrysost. Unde sequitur : *Et erat vir* (non ætate, erat enim juvenis 17 annorum, sed prudentia et gravitate) *in cunctis prosperè agens.* Quam felix et fortunatus est, ejus actiones omnes dirigit Deus !

Nota, quòd Deum etiam in Ægypto invenit Joseph : pius enim et sanctus ubicunque fuerit, invenit Deum, juxta illud psalm. 138 : *Si ascendero in caelum, tu illic es.* Vide fidelitatem Dei, qui nusquam in adversis suis derelinquit, ut facit mundus. Vide rursum, ut omne solum fortè patria est. Stilpo à Demetrio captus Megaris, et rogatus num quid amisset? respondit : *Belium nulla ex virtute spolia ducit.* Et Bias captâ patriâ profugus : *Omnia mea, inquit, mecum porto.* Idem sensu et fecit hic Joseph. Addit S. Chrysost. hom. 62, Joseph in tot tantisque suis calamitatibus non cecidisse animo, nec diffusum esse suo somnio, et Dei de sui exaltatione promissio, multò minus putasse se à Deo esse derelictum ; sed omnia, inquit, *tulit fortiter et mansuetè,* sperans à Deo meliorem sortem nec dubitans se hæc viâ exaltatum iri. *Hic enim mos est Deo, inquit, ut non liberet à tentationibus et periculis viros virtute claros, sed in ipsis suam declarem virtutem, ut tentationes ipsæ eis fiant occasio lætitiæ magnæ. Propter*

17. Et lui dit : Cet esclave hébreu que vous nous avez amené, est venu pour me faire violence ;

18. Et m'ayant entendu crier, il m'a laissé son manteau que je tenais, et s'en est allé dehors.

19. Le maître de Joseph, trop crédule aux accusations de sa femme, entra à ces paroles dans une grande colère,

20. Et fit mettre Joseph en prison où l'on gardait ceux que le roi faisait arrêter. Il était donc renfermé en ce lieu-là.

21. Mais le Seigneur fut avec Joseph : il en eut compassion et lui fit trouver grâce devant le gouverneur de la prison,

22. Qui lui remit le soin de tous ceux qui y étaient enfermés. Il ne se faisait rien que par son ordre.

23. Et le gouverneur lui ayant tout confié, ne prenait connaissance de quoi que ce soit, parce qu'il voyait que le Seigneur était avec Joseph et qu'il le faisait réussir en toutes choses.

COMMENTARIUM.

hoc et B. David. « IN TRIBULATIONE DILASTI MIHI ; non ait, *Liberasti, sed DILASTI MIHI, id est, me.* Audi S. Ambros. lib. de Joseph, cap. 4 : *Servile, ait, est omne peccatum, libera innocencia. Quomodo autem non est ille servus, qui subditus est libidini? Suscipit omnes metus, insidiatur somnis singulorum, ut minus cupiditate potiat, fit servus omnium.* Et mox : *Nonne videtur tibi iste in servitute dominari, ille autem in libertate servire? serviebat Joseph, regnabat Pharaon; beator hujus servitus, quam regnum illius. Denique tota Ægyptus collapsa esset fame, nisi regnum suum servili consilio subdidisset. Habent igitur unde gloriantur originales servuli: servievit et Joseph. Habent quod imitentur, ut discant conditionem se mutare posse, non mores: esse et in vernulis libertatem, et in servitute constantiam.*

VERS. 6. — NEG QUIDQUAM ALIUD NOVERAT NISI PANEM QUO VESCERATUR; non Putiphar, sed Joseph, inquit Hieron. Prado in Ezechiel. cap. 19, p. 259: q. d. : Joseph, nil omnino ex tam locupletis substantiâ, sibi à domino suo creditâ usurpabat aut vindicabat, præter necessariam vite annonam, ut cognoscere hic idem sit quod sibi vindicare, pro suo agnoscere, sibi adscribere, quasi Joseph hic laudetur à rarâ quâdam continentiâ sive abstinentiâ. Verùm, quia v. 15, idem dicitur, non de Joseph, sed de custode carceris, quòd scilicet nihil de suis nòsset, sed omnia credidisset Joseph; hinc melius hic quoque eandem phrasin eodem modo accipiemus, q. d. : Putiphar ita omnia sua credebat Josepho, ut de iis nihil inquireret, nihil cognosceret, nullius rei curam gereret, nisi tantum ut accumberet mense, et frueretur eis que Joseph curabat et procurabat. Itâ Philo et S. Ambrosius.

VERS. 7. — POST MULTOS DIES, anno circiter decimo captivitatis, et servitutis suæ in Ægypto, cum jam esset 27 annorum. Nam anno ætatis suæ 17, Joseph ductus est in Ægyptum, et anno 30, liberatus est à carcere, in quo triennium fuerat propter hanc calumniam heræ suæ, ut ostendam e. 40, 4. Conjectus est ergo in carcerem anno ætatis suæ 27.

INJECTI DOMINA SGA OCULOS SUOS IN JOSEPH. Nimirum, oculi sunt in amore duces. Qui vult videri castus esse, imitetur Job dicentem cap. 31 : *Peccigi factus cum ocu-*

lis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Rursum discant hic, ait S. Ambrosius, juvenes cavere oculos feminarum; adamanetur enim etiam illi qui nolunt amari.

VERS. 9. — QUOMODO ERGO POSSUM HOC MALUM FACERE? ut hero meo in me ita propenso, tam ingratus, infidus et injustus sim?

ET PECARE IN DEUM MEUM, quem, ut ubique præsentem, intueor, et reverèro, quem ut patrem amo, et vindicem timeo.

Piè notat hic Perer. tria esse vincula, quibus viri sancti fortissimè se constrictos sentiunt, ne possint Deum offendere: Primum est reverentia divinæ majestatis, ubique præsentis, et cuncta cerant. Sancti enim viri semper in conspectu Dei ambulantes, videntur sibi non posse non omnia castè sanctèque facere, ideòque ne presens Numen ullâ re offendant, ab iis omnibus que ei displicent, religiosissimè cavent. Contra faciunt impii, de quibus dicitur psal. 9 : *Non est Deus in conspectu ejus, inquinatus sunt viæ illius in omni tempore; auferuntur judicia tua à facie ejus.* Tales fuerunt senes illi Susanna insidiantes, de quibus dicitur Daniel. 13, 9 : *Everterunt sensum suum, et declinarunt oculos suos, ut non viderent cæcum, neque recordarentur judiciorum justorum.*

Secundum est, recordatio benevolentie ac beneficentie Dei erga se. Et hoc est quod ait Dominus Osee 11 : *In pueritio Adam* (id est, iis quibus trahi solent homines, puta amore et beneficiis) *traham eos in vinculis charitatis.* Quis non reputet impossibile sibi esse in Deum peccare, si seriò consideret Dei in se tot et tanta beneficia, præterita, præsentia et futura, que suis promisit? et Deum esse eum, in quo vivimus, movemur et sumus, ejus beneficium est, quicquid boni in corpore animoque habemus? Denique si consideret, Deum in se esse optimum, pulcherrimum, suavissimum, summè amabilem, talenque se nobis exhibere nunc, et magis exhibiturum in celo, si constanter ei adherereamus. Vide S. August. serm. 85 de Tempore, ubi de Josepho hoc nostro loquens, ex S. Ambrosio auream hanc offert sententiam : *Amator Dei dilectissimi, amore mulieris non vincitur, castum animum incitans adolescentia non permovet, nec diligentis auctoritas. Magnus planè vir, qui venditus servire tunc nescivit, ad amatum non redanavit, rogatus non acquievit, apprehensus evasit.*

Tertium vinculum est timor Dei, conceptus ex consideratione severissimi judicii et vindictæ, quam Deus tum in hæc vitâ sæpè, tum certissimè et rigidissimè exercebit in die judicii, ubi nullum peccatum, etiam minimum relinquet imponitum. Unde David psal. 118 : *Confuge, inquit, timore tuo carnes meas; à judicis enim tuis timui.*

Hinc S. Basil. in illud Psalm. 55 : *Venite, filii, audivite me, timorem Domini docebo vos ;* Cuius te, inquit, appetitus inveniit peccandi, velim cogites horribile illud Christi tribunal, in quo præsidebit iudex in excelso throno; assabit autem omnis ejus creatura, ad gloriosum ejus conspectum contremiscens; adducendi etiam nos sunt singuli, eorum que in vitâ gessimus rationem red-

dituri; mox illis qui mala perpetrarunt, terribiles quidam et deforme assident angeli, igneos vultus præ se ferentes atque ignem spirantes in homines, scilicet impios. Ad hæc cogita profundum barathrum, et inextricabiles tenebras, et ignem æterentem splendore, urendique vim habentem, sed privatum lumine : deinde vernium genus, venenum immittens, et carnem vorans, inextinguibilis esurians, neque unquam saturitatem sentiens, atque intolerabiles dolores corrosione ipsâ inficiens. Denique quod omnium gravissimum est, opprobrium illud, et confusionem sempiternam. Hæc time, et hoc timore quasi freno, animum à peccatorum concupiscentiâ reprime. Itâ S. Basil.

Josephum castum imitata est casta Suzanna, dum ad scelus sollicita dixit : *Angustior mihi sunt undique; sed melius est mihi absque opere incideri in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.* Illi sancti omnes usque ad mortem resistunt peccato. Paulus Rom. 8 : *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, etc.? Certus sum quia neque mors, neque vitæ, etc.* Rufinus dicit Theodosio imp. se eraturum ut Ambrosius vincula ei injecta laxaret; cui Theodosius : *Novi ego constantiam Ambrosii, et quòd nullo regie majestatis terrore Dei legem transgredieretur.* Eudoxie imper. militanti S. Chrysostomo dixerunt sui : *Frustra illum hominum terres; nihil ille nisi peccatum timeat.* S. Ludovicus Francie rex, puer à Blanchâ matre didicit potius mortem optetare, quam in peccatum lethale consentire. Tobias filio suo : *Cave ne aliquando peccato consentias; multa bona habebis, si timueris Deum.* S. Edmundus Cantuariensis archiepiscopus : *Malo insuere in regnum ardentissimum, quam peccatum ullum scire admittere in Deum.* Sapiens : *Tanquam à facie colubri fuge peccatum.* S. Anselmus : *Si hinc peccati horrorem, inde inferni dolorem corporaliter cernerem, et necessariò nisi eorum immergi deberem, prius infernum quam peccatum appetere.* Ita Machabæi, ita martyres tormenta preterierunt peccato.

Audi et gentiles : Arist. tel. 5 Ethic. : *Melius est mori, quam facere aliquid contra bonum virtutis.* Seneca : *Etsi scirem homines ignoraturos, et Deum ignosciturum, tamen peccare nullo ob peccati turpitudinem.* Quid enim est peccatum? est cadaver, est lepra, est cloaca foetissima, est monstrum nature rationalis, est offensa et læsio divinæ majestatis, est reatus ignis æterni, est decidium, est christidicium. Papiasianus juriscons., licet gentilis, mori maluit, quam parricidium Caracallæ imp. qui occiderat fratrem Getam defendere. Testis est Spartianus in Caracallâ. Democles puer in balneo, ut stuprum Demetrii regis evaderet, in aquam ferventem insiluit; ne se pollueret, maluit ille mori. Testis Plutarch. in Vitâ Demetrii.

VERS. 10. — HINC MOXI VERBIS PER SINGULOS DIES LOQUENTUR. Nota hic invictam Josephi constantiam; nam etiam ingentes arbores magnis crebrisque percussu scilicet concidunt; etiam durissima saxa guttis minutissimis assidue cadentibus excavantur; quantò magis homo magnitudine et assiduitate tentationum superabilis est, ejus caro non est aenea, ut inquit Job, nec fortitudo ejus est fortitudo lapidum! Joseph la-

men non cessit, nec humanae naturae infirmitati, nec juvenilis aetatis in libidinem proclivitati, non assidue sollicitationi herae suae, non opibus et promissis, quae illa offerebat, non minis et periculis gravissimis, quibus se, si facinus recusaret, exponeret. Disce hinc nullam tentationem, quantumcumque ea sit, esse insuperabilem, teque inexcusabilem fore si ab ea te superare sinas; cum omnem, aequè ac Joseph per Dei gratiam, superare possis et debeas; praesertim si jugiter memor sis aeternitatis et aeternae gloriae, vel gehennae, certa pro aeternitate.

STRENUM, adulterium.

VERS. 12.—LACINIA, ora, vel extremitate pallii. Adit Josephus, illam finxisse morbum, et sollicitasse Jos. in die festo solemnium, quo familia domo aberat. Sed videtur Josephus haec, uti et alia, de suo addere praeter veritatem. Si enim ita est, quomodo ergo mulier v. 15, clauso Joseph, exclamavit et evocavit domesticos?

EGR. Potuisset Joseph, utpote juvenis in florenti aetate robustus, feminae hoc pallium suum per vim extorquere, sed noluit; idque primo, ex reverentia, ne quam vim herae suae inferret. Secundo, quia praesentissimum remedium contra tentationes libidinis est, non collectatio, sed fuga. Unde Apostolus ait: *Fugite fornicationem*. Vide de fugâ hâc, deque cavendâ familiaritate mulierum, S. August. serm. 250 de Temp., ubi inter cetera sic ait: *Joseph ut impudicum dominam posset evadere, fugit; ergo contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obtinere victoriam. Nec tibi verendum est fugere, si castitatis palmam desideras obtinere. Inter omnia certamina Christianorum, sola duriora sunt praemia castitatis, ubi quotidianus est pugna, et rara victoria; hinc ergo Christianis quotidianam martyria desse non possunt. Si enim castitas, et veritas, et justitia est Christus; si et ille qui eis insidiatur persecutor est; ille qui et in aliis defendere, et in se custodire voluerit, martyr erit. Rectè ergo S. Bernard. in sent. brevior: *Parcitas, ait, in ubertate, largitas in paupertate, castitas in juventute, martyrium est sine sanguine*. Tertio, fugit Joseph, ne vel mulierem tangeret, vel ab eâ tangeretur, quia vel ipse mulieris tactus, quasi contagiosus et venenatus, est viro fugiendus, non minis quam rabidissimi canis morsus, inquit S. Hieron. lib. 1 contra Jovinian.*

Nota hic, imitare et apprehendere cum Josepho duplex scutum castitatis. Primum est, praesentis Dei memoria, amor et timor; si nimirum cogites tum Dei praesentiam, Dei iudicium, Dei vindictam et infernum; tum Dei bonitatem, pulchritudinem et delicias, quae omnem corporum pulchritudinem et voluptatem in immensum superant, de quo dixi v. 9. Secundum est, fuga occasione et tentationem, ac praesentium mulierum. Sic enim fugit Joseph relicta chlamyde.

Sed quid si fugere non liceat? Audi quid fecerit S. Euphrasia martyre, quae ad prostibulum damnata, quod idolis sacrificare nollet, cum ab improbo juvene invaderetur, hâc arte eum eludens, et pudori suo consuluit, et martyrium assecuta est. Si, inquit, mihi parcas, docebo te pharmacum, quo pernicus in praesens

nullo telo, vel ferro laedi poteris. Ille promisit, si ejus rei fidem faceret. Tum illa: In me, inquit, cape experimentum, atque cerâ cum oleo commixtâ inungens collum: Feri, inquit, illud quam potes validissime. Fecit juvenis, et uno ictu ei caput reseccit. In hoc stratagemate aequè calliditatem virginis, atque constantiam admiraberis. Testis est Niceph. l. 7, hist. 15. Non enim erat ei tunc aliud remedium servandae castitatis, nisi haec pia fraus, ad quam eam coegit juvenis inhians ejus pudori quem ut servaret morti maluit; unde justè juvenem decepti, qui proinde necis ejus auctor censi debet, tum physicè, tum moraliter. Ipsa ergo martyr est, non sui homicida.

Nota secundo cum Ruperto, virtutes heroicae Josephi: Primum, temperantiam et continentiam, quia juvenis 27 annorum existens, infirmus, et a dominâ suâ pollicente ampla secretò amatus et rogatus, non redamavit, sed constans in suâ castitate stetit. Secundo, justitiam et fidelitatem, quia heri sui thorum exhorruit. Tertio, prudentiam, quia apprehensus aufugit. Quarto, fortitudinem, quia furias insanæ Mariae, carceres, mortemque ipsam non timuit, et praesens castitate contempsit. Quinto, constantiam, quia quotidie ab herâ interpellatus, quasi adamus restitit et constitit.

Hinc S. Chrysost. ait, magis se mirari factum Josephi, quam tres pueros Hebraeos in fornace Babiloniae illasos permansisse. Sicut enim illi, sic et Joseph in mediis ignibus illasos, non adustus, sed purior, integrior, robustior et clarior effulsit; ut merito Josepho acclamari possit, quod S. Dominico (non fundatori Ordinis, sed alteri ex eodem ordine) in simili tentatione victori acclamarentur daemones: *Vicisti, vicisti, quia in igne fuisti, et non arsisit*. Hinc et S. Ambros. miratur Josephum ita dominantem concupiscentiae, rebusque omnibus. Audi cum l. de Joseph. cap. 5: *Magnus, ait, vir Joseph, qui venditus servile tamen nescivit ingenium, adamatus non redamavit, rogatus non acquievit, apprehensus aufugit. Qui cum ab uzore domini sui conveniret, teneri veste potuit, animo capi non potuit; ac ne ipsa quidem verba diti passus est; contagium enim judicavit, si diutius moraretur, ne per manus adulterae libidinis incentiva transiret. Itaque vestem exiit, crimen excussit. Ille dominus fuit, qui amantibus non exceptit faces, qui lemcinatis vincula non sensit, quem nulla mortis formido perterritit, qui maluit liber criminis mori, quam criminiosa potentia eligere consortium. Et S. Gregor. hom. 15 in Ezech: *Conamur, ait, carnis illicebam vincere? Joseph ad memoriam redeat, qui, tentante se dominâ, studentis carnis continentiam etiam cum vitâ periculo custodire. Unde factum est, ut, quia membra sua bene noverat regere, regenda quoque omni Aegypto praesent.**

Alleg. Josephus, inquit Rupertus, est Christus, mulier Aegypti est Synagoga, quae carnaliter Messiam adamat, expectans ejus regnum terrenum et carnale; sed Christus relicto ei pallio, id est, caeremoniis legis, fugit ad gentes, à quibus in spiritu et veritate adoratur.

Symbolicè, Philo: Joseph, inquit, est princeps, sive rex: Putiphar herus, est populus, penes quem est ip-

suum jus regni: uxor est concupiscentia et libido, quâ populus sepepe ducitur: huic constanter resistit Jos., i. e., verus princeps, si sine eorum publicum bonum amet et teatur.

Sic tropologicè, herus estratio, uxor est concupiscentia; huic resistit Jos., i. e., spiritus continens et constans.

VERS. 15.—COMPEXIDISSET MULIER. Nota hic ingenium versatile, impudentiam et improbitatem mulieris, nimirum, aut amat, aut odit mulier, nihil est tertium. Secundo, ejusdem nequitiam, adaciam, et dolos, quibus in Joseph. suum crimen intorquet. Tertio, ejusdem furias, quibus illi antea adamato necem parat; nimirum

Mulier savissima tunc est,

Cum stimulus odio pudor admovent...

VERS. 19.—NIMICH CREDELUS. Non enim Josepho locum dedit se purgandi, nec de facto inquisivit, sed statim damnavit innocentem. 2º, non advertit homo zelotypus, hanc ipsam vestem indicium esse violentiae à muliere profectæ, et innocentiae ac reverentiae Josephi: nam si ipse (ut sapienter ait Philo) vim dominæ voluisset inferre, facile vestem suam utpote feminâ robustior, servasset; imò et feminae extorsisset.

VERS. 20.—TRADIDITQUE JOSEPH IN CARCEREM. *Humiliaverunt, inquit David psalm. 104, in compedibus pedes ejus, ferrum pertransiit animam ejus; sed paulo post, Deo dirigente, factus est Joseph sicut inter victos liber, imò princeps. Consolatur, inquit Josephus, se in carcere Joseph, cogitans potentior esse Deum is qui se vinceret. Deo enim se suamque innocentiam curae esse sciebat, nec dubitabat quin Deus eum ex hinc vinculis cum gloria, vel praesenti, vel futurâ eriperet. Unde libens, inquit S. Ambros., pro castitate subit hoc carceris mortisque martyrium. Erat enim Joseph, utpote ob adulteri calumniam incarcerationatus, in certo martyrii mortisque periculo.*

Allegoricè, Joseph est Christus qui innocens, à Judâ et Judaeis traditus, compactusque est in carcerem mortis, sed inter mortuos quasi liber à Deo patre effectus, omnium victorum, ad eoque inferni potestatem et imperium accepit. Ita Prosper et Rupertus. Audi S. Ambros. lib. de Joseph. cap. 6: *Considera nunc, ait, illum verum Hebraeum (Christum), illum non somnii, sed veritatis et preclarae visionis interpretem, qui de divinitatis illâ plenitudine, de ubertate caelestis gratiae*

CAPUT XL.

1. His ita gestis, accidit ut peccarent duo eunuchi, pincerna regis Aegypti, et pistor, domino suo.

2. Iratusque contra eos Pharaon (nam alter pincernis praerat, alter pistoribus),

5. Misit eos in carcerem principis militum, in quo erat victus et Joseph.

4. At custos carceris tradidit eos Joseph, qui et ministrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat, et illi in custodia tenebantur;

5. Videruntque ambo somnium nocte unâ juxta interpretationem consensu sibi;

6. Ad quos cum introisset Joseph mane, et vidisset eos tristes,

7. Sciscitatus est eos, dicens: Cur tristior est hodie solito facies vestra?

S. S. V.

in hunc corporeum carcerem venerat; quem non potuit secuti hujus illicebra mutare, etc.; postremò adulterinâ quâdam Synagoga manu, veste corporis apprehensus carnem exiit, liber mortis ascendit. Calumniata est meretrix, ubi eam carere non potuit; quem carcer non terruit, non inferna temerunt; quin etiam quod veluti puniendus descenderat, inde alios liberavit; ubi ipsi stringebantur mortis vinculis, ibi laxavit ipse vincula mortuorum.

Rursùm Joseph hic noster patriarcha suâ castimonia, innocentia, patientia, gratiâ adimbravit Josephum sponsum B. Virginis, cujus dignitas et sanctitas praë aliis plerisque sanctis, vel ex eo colligi potest, quod Christi et Virginis nutritus fuerit, quòdque Christi pater dictus sit et creditus. Nam, ut ait S. Bernard. dom. 2 super missus est: *Ille Joseph fraternè ex invidiâ venditus et ductus in Aegyptum, Christi venditionem praeguravit; iste Joseph Herodianam invidiam fugiens Christum in Aegyptum portavit. Ille domino suo fidem servans, dominâ noluit commiseri; iste Dominum suum, Domini sui matrem, virginem agnosces, et ipse dominum fideliter custodivit. Illi data est intelligentia in mysteriis somniorum; isti datum est concilium fieri atque participem caelestium sacramentorum. Ille frumenta servavit, non sibi, sed omni populo; iste panem vivum è caelo servandum accepit, tum sibi, quam toti mundo.*

VERS. 25.—NEC NOVERAT ALIQUID, non Joseph, sed custos carceris, qui victos, omnique in carcere Josepho crederat. Vide dicta v. 6. Eleganter S. Chrysost. (vel quisquis est auctor, stylus enim latinum redoleat auctorem) hom. de Joseph. vendito, tom. 1: *Intrat, ait, Joseph sanctissimus custodiam, visitator magis quam reus, provisor, non socius, medicus, non agrotus. Ad eum fit cunctorum propositus, fit in reorum solatium procurator. Gaude, innocencia, et exulta. Gaude, inquam, quia ubique illa es, ubique secura. Si tentaris, proficis, si humilioris, erigeris, si pugnas, vincis, si occideris, coronaris. Tu in servitute libera es, in periculo tuta, in custodia laxa. Te potentes honorant, suspiciant principes, magnates exquirunt. Tibi boni parent, mali invident, zelant amuli, inimici succumbunt. Nec unquam poteris victrix non esse, etiamsi inter homines tibi justus iudex defuerit.*

CHAPITRE XL.

1. Il arriva ensuite que deux eunuques du roi d'Égypte, son grand échanton et son grand panetier, offensèrent leur seigneur.

2. Et Pharaon étant en colère contre ces deux officiers, dont l'un commandait à ses échantons, et l'autre à ses panetiers,

5. Les fit mettre dans la prison du général de ses troupes, où Joseph était prisonnier.

4. Le gouverneur de la prison les mit entre les mains de Joseph, qui les servait, et avait soin d'eux. Quelque temps s'étant passé, pendant lequel ils demeuraient toujours prisonniers,

5. Ils eurent tous d'eux en une même nuit, un songe qui, étant expliqué, marquait ce qui devait arriver à chacun d'eux.

6. Joseph entra le matin où ils étaient; et les ayant vus tristes,

7. Il leur en demanda le sujet, et leur dit: D'où vient que vous avez le visage plus abattu aujourd'hui qu'à l'ordinaire?

22

8. Qui responderunt: Somnium vidimus, et non est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Joseph: Numquid non Dei est interpretatio? referete mihi quid videritis.

9. Narravit prior, prepositus pincernarum, somnium suum: Videbam coram me vitum,

10. In quâ erant tres propaggines, crescere paulatim in gemmas, et post flores uvas maturescere:

11. Calicemque Pharaonis in manu meâ; tulit ergo uvas, et expressi in calicem quem tenebam, et tradidi poculum Pharaoni.

12. Respondit Joseph: Hæc est interpretatio somnii: Tres propaggines, tres adhuc dies sunt,

13. Post quos recordabitur Pharaon ministerii tui, et restituet te in gradum pristinum; dabisque ei calicem juxta officium tuum, sicut ante facere consueveras.

14. Tantum memento mei, cùm benè tibi fuerit, et facias mecum misericordiam, ut suggeras Pharaoni ut educet me de isto carcere:

15. Quia furto sublitus sum de terrâ Hebræorum et hic innocens in lacum missus sum.

16. Videas pistorum magister quòd prudenter somnium dissolvisset, ait: Et ego vidi somnium, quòd tria canistra farinae haberem super caput meum.

17. Et in uno canistro quod erat excelsius, portare me omnes cibos qui fiunt arte pistoriâ, avesque comedere ex eo.

18. Respondit Joseph: Hæc est interpretatio somnii: Tria canistra, tres adhuc dies sunt,

19. Post quos auferet Pharaon caput tuum, ac suspendet te in cruce, et lacerabunt volucres carnes tuas.

20. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erit: qui faciens grande convivium pueris suis, recordatus est inter epulas magistris pincernarum, et pistorum principis.

21. Restituitque alterum in locum suum, ut porrigeret ei poculum;

22. Alterum suspendit in patibulo, ut conjectoris veritas probaretur.

23. Et tamen succedentibus prosperis, prepositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

VERS. 1. — Duo EUNUCHI, duo regii ministri et prefecti, etiam reipsâ non essent eunuchi. Vide dicta c. 39, v. 1.

VERS. 2. — NAM ALTER, q. d.: Iratus est eis Pharaon, quia eorum, utpote prefectorum, peccatum sublitus poterat esse scandalo et pravo exemplo. Hebræi non habent nam.

VERS. 3. — PRINCIPES MILITUM, Putipharis, qui fuerat verus Josephi; c. 39, v. 20.

VICTUS, captivus; jam enim vocalis erat liber, et plet c. precedenti v. 22.

VERS. 4. — ALIQUANTULUM TEMPORIS, puta annustinus. Hoc enim significat hebr. *ianim*, id est, dies in plurali, ut benè probat Franc. Ribera in Amos 4, n. 8.

8. Ils lui répondirent: Nous avons eu cette nuit un songe qui nous inquiète, et nous n'avons personne pour nous l'expliquer. Joseph leur dit: N'est-ce pas à Dieu qu'il appartient de donner l'interprétation des songes? Dites-moi ce que vous avez vu.

9. Le grand échanson lui rapporta le premier son songe en ces termes: Il me semblaît que je voyais devant moi un cep de vigne,

10. Où il y avait trois provins qui poussaient peu à peu premièrement des boutons, ensuite des fleurs, et à la fin des raisins mûrs:

11. Et qu'ayant dans la main la coupe de Pharaon, j'ai pris ces grappes de raisin, je les ai pressées dans la coupe que je tenais, et en ai donné à boire au roi.

12. Joseph lui dit: Voici l'interprétation de votre songe: Les trois provins de la vigne marquent trois jours,

13. Après lesquels le roi Pharaon se souviendra du service que vous lui rendiez; et vous rétablira dans votre première charge, et vous lui présenterez à boire, selon que vous aviez accoutumé de faire auparavant dans le rang que vous teniez.

14. Seulement souvenez-vous de moi, je vous prie, quand ce bonheur vous sera arrivé; et rendez-moi ce bon office, de supplier Pharaon qu'il daigne me tirer de la prison où je suis:

15. Parce que j'ai été enlevé par fraude et par violence du pays de Chamman où habitent maintenant mes parents, qui sont des Hébreux, et que l'on m'a enfermé ici étant innocent.

16. Le grand panetier voyant qu'il avait interprété ce songe si sagement, lui dit: J'ai eu aussi un songe: Il me semblaît que je portais sur ma tête trois corbeilles de farine.

17. Et qu'en celle qui était au-dessus des autres, il y avait de tout ce qui peut s'appeler avec la pâte pour servir sur une table, et que les oiseaux venaient en manger.

18. Joseph lui répondit: Voici l'interprétation de votre songe: Les trois corbeilles signifient que vous avez encore trois jours à vivre,

19. Après lesquels Pharaon vous fera couper la tête, et vous fera ensuite attacher à une croix où les oiseaux déchireront votre chair.

20. Le troisième jour suivant, étant celui de la naissance de Pharaon, il fit un grand festin à ses serviteurs, pendant lequel il se souvint du grand échanson et du grand panetier.

21. Il rétablit l'un dans sa charge, afin qu'il continuât à lui présenter la coupe pour boire;

22. Et il fit attacher l'autre à une croix: ce qui vérifia l'interprétation que Joseph avait donnée à leurs songes.

23. Cependant le grand échanson se voyant rendu en faveur après sa disgrâce, ne se souvint plus de son interprète, ni de la prière qu'il lui avait faite.

COMMENTARIUM.

Post hunc annum somniorum Joseph adhuc biennio, ut patet c. sequenti, v. 1, fuit in carcere: triennalem ergo passus est carcerem. In hoc quoque fuit Joseph, typus Christi. Sicut enim Joseph, post triennium carceris, exectus est ad principatum; ita Christus post tres dies passionis et mortis, gloriosus resurrexit. Idem triduum Christi resurgens significat per tres dies restitutionis pincernæ Pharaonis vers. 45. Ita ex Isidoro Lipomano.

VERS. 8. — NUMQUID NON DEI EST INTERPRETATIO? q. d.: Deus per me vobis interpretabitur vestrum somnium; ubi ergo illud enarrat: cùmque illud ita, ut interpretatus fuero, reipsâ evenire videritis, tunc scitote me non vanum conjectorem, sed verum ex Dei munere, somniorum esse interpretem, ac consequen-

ter me verum esse veri Dei cultorem, et amicum; nec enim Deus aliis hæc sua arcana revelat.

Quæres, an ex somniis liceat divinare de futuris? Nota. Triplicia sunt somnia: quedam enim proveniunt à Deo, quedam à damone, quedam à natura.

Rursùm tertia hæc quæ à natura oriuntur, bipartita sunt; quedam enim oriuntur in diurnâ cogitatione, vel ardenti erga rem aliquam affectu. Hinc sicuti

Naviga de ventis, de bobus narrat arator;

ita et de iisdem somniis. Sunt enim somnia ex diurnâ cogitatione, quasi in fildibus cessantis impulsu extrema quedam motiones, quæ ex impulsu resultant, corpe cessante adhuc aliquandiu perdurant, ut ait Gregor. Nyssenus tract. de Officio homini, c. 31.

Quedam verò somnia naturalia oriuntur ex temperamento et humore predominantem. Sic enim biliosus somniant cædes, verbera et ignes; phlegmatici somniant aquas, voragine, suffocationes, et à rebus noxiis tardam fugam; hæc enim parit lentum phlegma: sanguinei somniant de musica, de conviviis, de pratis, de avibus, de volatu; melancholici somniant de rebus atris et tristibus, de morte, de sepleris, de æthiopiis et demonibus.

Dico primò: Ex somniis naturalibus licet divinare naturaliter, id est, conjectare de hominis temperamento, sanitate, affectu, et morbis imminutibus. Ita Hippocrates et Galenus libros scripserunt de presagiis sumendis ab insomniis; et ratio est, quia effectus naturaliter indicant suam causam: somnia autem hæc sunt effectus certi temperamenti, et certi humoris in corpore predominantis. Dico secundo: ex somniis à Deo, vel angelo immisissis divinare licet; sed ei tantum, qui angelo significationem à Deo, vel angelo accepit. Ita Joseph hic, et Daniel c. 4 et 5 ex somniis divinavit. Dico tertio: Reliqua somnia, et ex iis divinationes, vel diabolica sunt, vel superstitiosa, vel vana, fallacia et futilia: unde divinato ex hisce somniis prohibita est, Deut. 18, v. 10.

Nota. Quia somnia divina rara sunt, et vix à demoniacis aut vanis divites possunt; hinc tutissimum est somnia qualibet contemnere, nisi Deus aliud revelet; hoc autem revelare solet partim illuminando ipsos somniantes, ut sciant somnium sibi esse à Deo immisissum, eosque exstimulando ut somnii interpretationem indagent et inquirent, ut fecit his cunctis, item Nabuchodonosori, Danieli, 5, et Pharaoni hic c. 41; partim interpretationem somniorum suis amicis, virisque sanctis suggerendo, uti eam hic suggestit Joseph, et Danieli c. 4 et 5. Vide Cominbric. in lib. Aristotel. de Divinat. per somnia.

VERS. 12. — RESPONDIT JOSEPH: HÆC EST INTERPRETATIO SOMNII. Vidit hic pincerna per somnium symbolice sibi suum statum, puta pincernatum, restitui, ut hoc ipso Deus significaret status, dignitates, quin et vitam, omnesque res humanas tantum esse somnium, omnesque hominum species tantum esse somnia vigilantium, uti aiebat Plato. Hoc docet interpretis Joseph, id est, vir sapiens et prudens, inquit

Philo; ideoque actiones suas, resque omnes ex præscripto virtutis dirigit.

TRES PROPAGINES, tres palmites vitis.

TRES ADHUC DIES SUNT. Sunt, id est, significant. Sicut enim imaginis esse est representare; ita somnii symbolici, sive visionis prophetice esse est adumbrare et significare res absentes aut futuras. Ita S. Aug.

VERS. 13. — DE TERRA HEBRÆORUM, de terrâ Chanaan, in quâ Jacob ejusque filii Hebræi habitabant.

VERS. 14. — QUOD PRÆDIXIT (quod appositè, congruè verisimiliter) SOMNIUM EXPOSITISSET, necdum enim constabat de expositionis veritate; quæ postea ipso eventu comprobata est v. 21.

VERS. 17. — OMNES CIBOS QUI FIUNT ARTE PISTORIA, ac consequenter placentas, artocreata, pastasque carnum, ad quas aves carnivore advolabant easque laniabant et devorabant. Ita Josephus. Portendebat enim hæc carnes et aves, carnes somniantis prædixit ab avibus in cruce laniandas et devorandas esse.

VERS. 19. — POST QUOS, inchoatis; nam ipso tertio die suspensus est pistor, et hoc portendebat aves ex tertio canistro carnes lacerantes et comedentes. Ita Josephus.

AUFERET CAPUT TUUM, non per gladium te decollando, ut vult Philo; sed per laqueum te suspendendo, itaque te caputque tuum necando; unde sequitur: Ac suspendet te. Qui enim vitam homini aufert, hic aufert et caput; quia in capite maxime viget homo, quo vita et vigor tam capiti, quam homini, per laqueum et mortem, atque ac per gladium aufertur.

ET LACERABUNT VOLUCRES CARNES TUAS. Hunc patet, corpora suspensorum etiam tunc, ut et in patibulo fuisse relicta, ut ibi vel putrescerent, vel à sole et ventis siccerentur et tabescerent, vel ab avibus lacerarentur. Unde illud:

Non feci furtum; non pasces in cruce corvos.

Judeis verò jussum est Deut. 21, v. 23, suspensos eadem die deponere et sepelire.

Tropologicè, Prosper et Rupertus, hi duo eunuchi, inquit, quorum alter suo statui restitutus, alter suspensus est, significant duos ordines hominum, puta electorum ex gratiâ, et reproborum sive damnandorum ex justitiâ. Rursùm, Joseph inter duos eunuchos, est Christus inter duos latrones crucifixus, uni promittens cælum, alteri infernum relinquens. Christus enim aperit somnia et visiones, tum quia prop etias implevit, tum quia arcana Dei consilia, judicia, et promissa hominibus reseravit, tum quia sensum dedit Apostolis ut intelligerent prophetias, totamque sacram Scripturam.

VERS. 22. — UT CONJECTORIS VERITAS PROBARETUR. Vocata ut, hic non finem à Pharaone intentum, ut patet, sed eventum, sive consecutionem significat, q. d.: Itaque eventus, ut Josephi divinato somniorumque interpretatio veri sit inventa, ipsoque eventu comprobata.

Similis fuit divinato S. Athanasii, qui Alexandriam ingressus, cum cornix in aere volitans crocitaret, rogatus à genitibus per seomma, quid cornix diceret,

respondit: *Cras insonat: Significat autem, cras, quo festum celebratis, nobis luctuosum fore. Ita evenit. Testis est Niceph. lib. 9, c. 35. Sic et Christianus ille rogatus à Juliano Apostata per sarcasum: Quid facit Gallus faber vester? respondit: Locutum tibi parat,*

CAPUT XLII.

1. Post duos annos vidit Pharaon somnium. Putabat se stare super fluvium,
2. De quo ascendebant septem boves pulchra et crasso nimis: et pascabantur in locis palustribus.

3. Aliæ quoque septem emergebant de flumine, foedæ confectæque maciæ, et pascabantur in ipsâ annis ripâ in locis virentibus:

4. Devoraveruntque eas, quarum mira species et habitudo corporum erat. Expergefactus Pharaon,

5. Rursus dormivit, et vidit alterum somnium: septem spicæ pullulabant in culmo uno, plenæ atque formosæ:

6. Aliæ quoque totidem spicæ tenues et percussæ ureidine oriebantur,

7. Devorantes omnem prorum pulchritudinem. Evigilans Pharaon post quietem,

8. Et factis mane, pavore perterritus, misit ad omnes conjectores Ægypti cunctosque sapientes: et accersitis narravit somnium, nec erat qui interpretaretur.

9. Tunc demum reminiscens pincernarum magister, ait: Coniteor peccatum meum.

10. Iratus rex suis, me et magistrum pistorum retradi jussit in carcerem principis militum;

11. Ubi unâ nocte uterque vidimus somnium præsignum futurorum.

12. Erat ibi puer hebreus, ejusdem ducis militum famulus; cui narrantes somnia,

13. Audivimus quidquid postea rei probavit eventus: ego enim redditus sum officio meo; et ille suspensus est in cruce.

14. Profundus ad regis imperium eductum de carcere Joseph totoderunt; ac veste mutata, obtulerunt ei.

15. Cui ille ait: Vidi somnia, nec est, qui edisserat; quæ audivi te sapientissimè conjicere.

16. Respondit Joseph: Absque me Deus respondit prospera Pharaoni.

17. Narravit ergo Pharaon quod viderat: Putabam me stare super ripam fluminis,

18. Et septem boves de anne descendere, pulchras nimis, et obesis carnibus: quæ in pastu paludis vireta carpebant.

19. Et ecce, hæc sequebantur aliæ septem boves in tantum deformes et macilentæ, ut nunquam tales in terrâ Ægypti viderim:

20. Quæ, devoratis et consumptis prioribus,

21. Nullum saturitatis dedere vestigium: sed similia maciæ et squalore torpebant. Evigilans, rursus sopore depressus,

22. Vidi somnium: Septem spicæ pullulabant in culmo uno, plenæ atque pulcherrimæ.

puta feretrum, et verè; nam paulò post telo non hominis, sed Christi occisus est Julianus. Pari modo Isaacus eremita Valenti imp. ariano contra Gothos pergenti, cladem et mortem prædixit, teste Nicéphoro lib. 11, c. 50.

CHAPITRE XLII.

1. Deux ans après, Pharaon eut un songe. Il lui sembla qu'il était sur le bord du fleuve du Nil,
2. D'où sortaient sept vaches fort belles et extrêmement grasses, qui paissaient dans des marécages;

3. Qu'ensuite il en sortit sept autres toutes défigurées, et extraordinairement maigres, qui paissaient aussi sur les bords du même fleuve, en des lieux pleins d'herbes;

4. Et que ces dernières dévorèrent les premières qui étaient si grasses et si belles. Pharaon s'étant éveillé,

5. Se rendormit; et il eut un second songe: il vit sept épis pleins de grains et très-beaux, qui sortaient d'une même tige.

6. Il en vit aussi paraître sept autres fort maigres, qu'un vent brûlant avait desséchés.

7. Et ces derniers dévorèrent les premiers qui étaient si beaux. Pharaon s'étant éveillé,

8. Fut saisi de frayeur; et ayant envoyé dès le matin chercher tous les devins et tous les sages de l'Égypte, il leur raconta son songe, sans qu'il s'en trouvât un seul qui pût l'interpréter.

9. Le grand échanson s'étant enfin souvenu de Joseph, dit au roi: Je connais ma faute, et foudri que j'ai fait de mon bienfaiteur.

10. Car, lorsque le roi étant en colère contre ses serviteurs, commanda que je fusse mis avec le grand panetier dans la prison du général de ses trouppes,

11. Nous eumes tous deux en une même nuit un songe qui nous prédisait ce qui nous arriva ensuite.

12. Il y avait alors en cette prison un jeune homme hébreu, serviteur du même général de votre armée, auquel ayant raconté chacun notre songe,

13. Il nous dit tout ce que l'événement confirma depuis: car je fus rétabli dans ma charge, et le grand panetier fut pendu à une croix, comme il nous l'avait prédit.

14. Aussitôt Joseph fut tiré de la prison par ordre du roi; on le rasa, on lui fit changer d'habits, et on le présenta devant ce prince.

15. Alors Pharaon lui dit: J'ai eu des songes, qui sans doute signifient quelque chose: et je ne trouve personne qui me les interprète. Mais l'on m'a dit que vous aviez une grande lumière pour les expliquer; et c'est pour cela que je vous ai envoyé quérir.

16. Joseph lui répondit: Ce sera Dieu, et non pas moi, qui rendra au roi une réponse favorable, et qui lui fera connaître ce qu'il désire savoir.

17. Pharaon lui raconta donc ce qu'il avait vu: Il me semblait, dit-il, que j'étais sur le bord du fleuve,

18. D'où sortaient sept vaches fort belles, et extrêmement grasses, qui paissaient l'herbe dans des marécages;

19. Et qu'ensuite il en sortit sept autres si défigurées, et si prodigieusement maigres, que je n'en ai jamais vu de telles en Égypte.

20. Ces dernières dévorèrent et consumèrent les premières,

21. Sans qu'elles parussent en aucune sorte en être rassasiées; mais, au contraire, elles demeurèrent aussi maigres et aussi affreuses qu'elles étaient auparavant. M'étant éveillé après ce songe, je me rendormis.

22. Et j'en eus un second: Je vis sept épis pleins de grains et très-beaux, qui sortaient d'une même tige.

23. Aliæ quoque septem tenues et percussæ ureidine, oriebantur è stipulâ:

24. Quæ prorum pulchritudinem devoraverunt. Narravi conjectoribus somnium, et nemo est qui edisserat.

25. Respondit Joseph: Somnium regis unum est; et quæ facturus est Deus, ostendit Pharaoni.

26. Septem boves pulchra, et septem spicæ plenæ, septem ubertatis anni sunt: eandemque vim somnii comprehendunt.

27. Septem quoque boves tenues atque macilentæ, quæ ascenderunt post eas, et septem spicæ tenues, et vento urente percussæ, septem anni venturæ sunt famis,

28. Qui hoc ordine complebuntur:

29. Ecce septem anni venient fertilissimi magne in universâ terrâ Ægypti;

30. Quos sequentur septem anni alii tantæ sterilitatis, ut oblivioni tradatur cuncta retrò abundantia; consumptura est enim fames omnem terram.

31. Et ubertatis magnitudinem perditura est inopie magnitudo.

32. Quod autem vidisti secundò ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est, eò quòd fiat sermo Dei, et velocius impletur.

33. Nunc ergo provideat rex virum sapientem et industrium, et præficiat eum terræ Ægypti:

34. Qui constituat prepositos per cunctas regiones; et quantam partem fructuum per septem annos fertilissimis,

35. Qui jam nunc futuri sunt, congreget in horrea; et omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, serveturque in urbibus,

36. Et præparetur futura septem annorum fami, quæ oppressura est Ægyptum, et non consumatur terra inopîa.

37. Placuit Pharaoni consilium et cunctis ministris ejus.

38. Locutusque est ad eos: Num invenire poterimus talem virum, qui spiritui Dei plenus sit?

39. Dixit ergo ad Joseph: Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nuncquid sapienterem et consilium tui invenire poterò?

40. Tu eris super domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantum regni solio te precedam.

41. Dixitque rursus Pharaon ad Joseph: Ecce constitui te super universam terram Ægypti.

42. Tollitque annulum de manu sua, et dedit eum in manu ejus: vestivitque eum stola byssinâ, et collo torquem auream circumposuit.

43. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecterent, et præpositum esse seirent universæ terræ Ægypti.

44. Dixit quoque rex ad Joseph: Ego sum Pharaon; absque tuo imperio non movebis quisquam manum aut pedem in omni terrâ Ægypti.

45. Veritique nomen ejus, et vocavit eum lingua

23. Il en parut en même temps sept autres fort maigres, qu'un vent brûlant avait desséchés.

24. Et ces derniers dévorèrent les premiers, qui étaient si beaux. J'ai dit mon songe à tous les devins de mon royaume, et je n'en trouve point qui me l'expliquent.

25. Joseph répondit: Les deux songes du roi signifient la même chose; Dieu a montré à Pharaon ce qui arrivera dans la suite.

26. Les sept vaches si belles sortant du Nil, et les sept épis si pleins de grains que le roi a vus en songe, marquent la même chose et signifient sept années d'abondance, qui seront produites par les heureuses inondations du Nil.

27. Les sept vaches maigres et défaits, qui sont sorties du fleuve après ces premières, et les sept épis frappés d'un vent brûlant, marquent sept autres années d'une famine qui doit arriver ensuite, parce que le Nil ne se débordera presque point.

28. Et ceci s'accomplira de cette sorte:

29. Il viendra premièrement sept années d'une fertilité extraordinaire dans toute l'Égypte,

30. Qui seront suivies de sept autres d'une si grande stérilité, qu'elle fera oublier toute l'abondance qui l'aura précédée; car la famine consumera les fruits de toute la terre de l'Égypte et des environs.

31. Et cette fertilité si extraordinaire sera comme absorbée par l'extrême indigence qui doit la suivre.

32. Quant au second songe que vous avez eu, qui signifie la même chose, c'est une marque que cette parole de Dieu sera ferme, qu'elle s'accomplira infailiblement et bientôt, car ce second songe, qui confirme le premier, en marque la vérité.

33. Il est donc de la prudence du roi de choisir un homme sage et habile, à qui il donne le commandement sur toute l'Égypte,

34. Afin qu'il établisse des officiers dans toutes les provinces, qui, pendant les sept années de fertilité qui vont venir, amassent dans les greniers publics, la cinquième partie des fruits de la terre;

35. Que tout le blé ainsi amassé, soit mis sous la puissance du roi, et qu'on le conserve dans les villes par son ordre.

36. Afin qu'il soit tout préparé pour les sept années de famine qui doit accabler l'Égypte, et que ce pays ne soit pas entièrement consumé par la famine.

37. Ce conseil plut à Pharaon et à tous ses ministres.

38. Et il leur dit: Où pourrions-nous trouver un homme comme celui-ci, qui fût aussi rempli qu'il l'est de l'esprit de Dieu?

39. Il dit donc à Joseph: Puisque Dieu vous a fait voir tout ce que vous avez dit, où pourrais-je trouver quelqu'un plus sage que vous, ou même semblable à vous, pour exécuter le conseil que vous m'avez donné?

40. Ce sera donc vous qui aurez l'autorité sur ma maison; quand vous ouvrirez la bouche pour commander, tout le peuple vous obéira; et je n'aurai au-dessus de vous que le trône et la qualité de roi.

41. Pharaon dit encore à Joseph: Je vous établis aujourd'hui pour commander à toute l'Égypte.

42. En même temps il prit son anneau qu'il avait à la main, et le mit en celle de Joseph; il le fit revêtir d'une robe de fin lin, et lui mit au cou un collier d'or, ornements de distinction, qui marquaient la dignité à laquelle il plaisait au roi de l'élever.

43. Il le fit ensuite monter sur l'un de ses chars, qui était le second après le sien, et fit criser par un héraut, que tout le monde eût à fléchir le genou devant lui, et que tous reconnussent qu'il avait été établi pour commander à toute l'Égypte.

44. Le roi dit encore à Joseph: Je suis Pharaon, et je jure par cette qualité, que nul ne remuera ni le pied ni la main dans toute l'Égypte, que par votre ordre et par votre commandement.

45. Il lui changea aussi son nom, et l'appela en lan-